# Menſa philoſophica.

Angeb. 1)

2 We

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Incipit tabula in libru qui dicit· Menſa philoſophica· Et pmo ponūtur tituli primi libri


Prohemiū C·j
De hora comeſtiōis et qties ſit comedēdū ij
De appetitu et cōſuetudine comedēdi iij
Ordie cibi ɋ refectiōis·iiij·
Loco refectiōis v
Cibis et potibꝰ qbꝰ reficiamur in mēſa vi
Vino et eiꝰ qlitatibꝰ vij
Medone et eiꝰ ꝓpetate·viij
Ceruiſia duplici ix
Carnibꝰ in cōmuni x·
Carnibꝰ ſilueſtribꝰ xi
Carnibꝰ edulinis xij
Agnellinis xiij
Arietinis xiiij
Vitulinis xv
Porcinis xvj·
Ceruinis xvij·
Leporinis eodē
Vrſinis eodē
De mēbꝰ aīaliū·xviii
Carne i paſtill'·xix
Volatilibꝰ i gnali xx
Gallina xxi·
Pullis colūbaꝝ xxij·
ptibꝰ volatiliū i cibo· xxiij
Ouis et eoꝝ ꝓpetatibꝰ xxiiij
Lacte·xxv
Caſeo· xxvi·
Piſcibus xxvij·
De leguīnibꝰ·xxviij
Riſo· eodē
Faba eodē
Lēticula eodē
Cicere eodē
Piſo eodē
De olerībꝰ xxix
Allio· eodē
Acetoſa eodē
Aneto eodē
Apio eodē


LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Atriplicibꝰ eodē
Baucia eodē
Beta eodē
Boragine eodē
Caulibus eodē
Cepe eodē
Cucurbita eodē
Cimino eodē
Feniculo eodē
Iſopo eodē
Lactuca eodē
Menta eodē
Naſturcio eodē
Papauere eodē
Petrocilio eodē
Porro eodē
Portulaca eodē
Radice eodē
Rapa eodē
Ruta eodē
Saluia eodē
Spinaciis eodē
Tuberibus eodē

De fructibꝰ C xxx
Ficubus eodē
Dactilis: eodē
Vuis eodē
Malogranatis eodē
Citoniis eodē
Piris eodē
Pomis eodē
Perſicis eodē
Meſpilis eodē
Pomocitrino eodē
Moris eodē
Prunis eodē
Ceraſis eodē
Amigdalis eodē
Nucibus eodē
Auellanis eodē
Caſtaneis eodē
Glande eodē

De ſpēbꝰ aromaticis xxxi.
Pipere eodē
Zinzibere eodē
Zeduaro eodē
Galanga eodē
Garofilis eodē
Cinamomo eodē
Croco eodē
Caru eodē

De cōdimētis xxxij
Sinapi eodē
Sale eodē
Aceto eodē
Melle eodē
Oleo eodē

Et hec de titulis primi tractatus.

Incipiūt titu li ſecūdi libri.

De ipatoribꝰ C.j.
Regibus ij
Principibus iij
Pōtificibꝰ gētiliū iiij
Nobilibꝰ v
Militibus vi.
Armigeris vij.
Bellatoribus viij.
De philoſophis et oratoribus. ix.
Medicis x.
Iuuenibus. x i
Senibꝰ xij
Ciuibus xiij
Mercatoribꝰ xiiij
Agricul' et agricul. xv
Manuartificibꝰ. xvi.
Diuitibus xvij.
Paupibus xviij
Religioſis xix
Peregrinis xx.
Venatoribꝰ xxi.
Iudicibus xxij.
Aduocatis xxiij
Baliuis dñoꝝ xxiiij
Amicis et aīcicia xxv
Cōſanguineis xxvj
Mulieribꝰ boi. xxvij
Mulieribꝰ mal. xxviij
Mulieribꝰ ɔiugatis. xix
Viduis bois. xxx
Virginibꝰ. xxxi.

Tituli ſcḋi tractatus hic finē hn̄t

## Incipiūt tituli tercii tractatus.


Vtꝝ aer ē magis neccāri⁹ ad vitā ꝙ̄ cib⁹. ca. j.

Vtꝝ ad vitā ſit magis neccāri⁹ cib⁹ ł pot⁹. c. j

Vtrū corpi plus ꝓſit ſomn⁹ vel cibus. ca. j

Vtꝝ aer pl⁹ cedat i nutrimētū ꝙ̄ cibus. ca. j.

Vtꝝ ex malo cibo pt gnāri bon⁹ chim⁹ ca. ij

Vtrū ſimplex cibus aut multiplex ſit magis degeſtibilis. eodem

Vtrū poſt cibū ſit ſtatim ambulandū. eodē

Vtrū poſt cibum ſtatim cōpetit ſomnus. eodē

Quare in ſupgredientē horam cōmedendi deficit appetitus. eodē

Vtrū corpa ſint calidiora an̄ cibū vel poſt. ij.

Vtꝝ ieiuniū pl⁹ ledat colericū ł flegmaticū. ij

Quare aliqui ardēter appetūt qui etiā modico cibo ſedantur. Ca. iij.

Vtrū habētes calorem fortē plus tolerent famē ꝙ̄ habētes calorem debilē. eodē

Quare habētes poros ſtrictos plus tolerāt ieiunium ꝙ̄ habētes poros raros. eodē

Vtrum colera nutriat. eodē

Vtꝝ īfirmi plus tolerēt ieiuniū ꝙ̄ ſani. eodē

Vtrū virtus ſtomachi fortis plus toleret ieiunium ꝙ̄ debilis. eodē

Vtrū qui cōſueuit multos cibos accipere plus ſuſtineat ieiuniā ꝙ̄ ſolit⁹ parū comedē. eodē

Vtrū plus moleſtet ieiuniū in tempore calido
q̄ꝫ frigido. eodē
Quare auidius vorātes citius ſatiant. eodē
Quare edulia calida facilius cōprimimꝰ ore
q̄ꝫ manu ſuſtineamus. eodē
Quare ſi eſuriens bibit famē ſubleuat. C. iiij
Vtrū ieiuni magis ſitiunt q̄ꝫ eſuriunt. eodē
Quare maior eſt delectatio cū ſitis potu extin
guitur: q̄ꝫ cū fames cibo ſubleuatur. eodem
Quare eadē potio fortior videtur ieiuno q̄ꝫ ci-
Vtrū ſitientibus habētibus ſtoma (bato. iiij
chum ſiccū ſufficiat paucis potus. eodē
Vtrꝫ ſtomachꝰ grauet a potu āpliori. eodē
Quaē ſtomachꝰ humidus multū ferre pt. eodē
Vtrꝫ ſitis aliqn̄ ꝓueniat ex pte pulmōis. C. v
Quare ſitis pulmonis ſedat p aeris attrac-
tionem et ſtomachi p potum. eodē
Vtrū ſitis ſit appetitus frigidi et humidi vel
calidi et humidi. eodē
Vtrū aqua plus ſedet ſitim q̄ꝫ vinum. eodem

De nocumentis poſt cibum C. vi.
Vn̄ cauſat orizeuma .i. acetoſa eructatio. eodē
Quare illa acetoſitas plus accidit dormienti-
bus q̄ꝫ vigilātibus. eodē
Quare dulcia i ſtomacho plus aceſcūt vt lac
vnde fiant torſiones ventris. eodē

Vtrum egri comedere debent ſicut fuerũt ſoli-
ti ſani. Ca.vi.
Vtrum debilib⁹ cõualeſcentib⁹ plus noceat
panis ꝙ̄ caro. eodē
Vtꝝ febricitātib⁹ pl⁹ ɔpetit caro q̄ pāis. eodē
Vtrū cū carnes exhibentᷣ cõualeſcētibus ſta
tim debeat vinū exhiberi. eodē
Vtrū cõualeſcens ab egritudine debet ſiliter
regi p duos vel tres dies ſicut in morbo. eodē
Vtꝝ cõualeſcētib⁹ valeat cib⁹ groſſus. eodē
Vtrū plus nocet pmutatio q̄ eſt ab ianicõne
ad replecõez ꝟ q̄ fit a repletiõe ad ianicõez. eo.
Quare aliqs/cibis malis a febre liberatᷣ. eodē

Queſtiones de pane. Ca.vij.

Quare panis triticeus eſt magis nutritiuus
ꝙ̄ ordeaceus. eodē
Quarē panes frigidi videtᷣ albiões calid. eodē
Quare panes nõ ſalliti ſūt pondeſiores ꝙ̄ ſal-
liti. eodē Quare panes triti-
cei nõ ſunt duri cū infrigidātᷣ. eodē
Quare paſta triticea cõfecta fit maior. ordea
cea minor. eodē
Quarē paſta tᷣticea fit alba: ordeacea nigᷣ. eod
Quarē paſta mellis fit fragilior ꝙ̄ aque. eodē
Quare panis ex granis nouis eſt peior ꝙ̄ ex
antiquis. eodē

Queſtiones de vino C viij
Vtrū ſemel expediat vino iebriari i mēſe ·viij
Quare bibētes vinū limphatū magis patiā
tur crapulā q̄ bibentes purū viij
Quare de vino itēperato magis dolet caput
q̄ de temperato· viij
Quare vinū tēperatū magis facit vomere· viij
Quare pueri exītes calidi n̄ appetūt vinū· viij
Cur vinum defecatū fortius eſt viribus ſed
minus durabile viij·
Cur vinū immoderate ſumptū generet mor
bos calidos et frigidos· viij·
Quis humor plus a vino generetur· viij·
Vtrū vinum noceat cerebro·:· eod·
Quare vinū forte nocet cerebro et cōfert ſto
macho·vinū debile ecōuerſo·: eod
Quare vinū pl' induat oxireuma q̄ aq·eod
Vtr̄ vinū confortet calorē nālē pl' q̄ cib'·eod
Vtr̄ vinū nouū pl' expediat ifirmis l' vet' eo
Queſtiones de carnibus· ix
Cur carnes validiores citius degerant· ix·
Cur triture carniū ſūt indigeſtibiliores· ix·
Vtr̄ carnes aſſe vel lixe ſūt humidiores· ix
Quare lumen lunare facit putreſcere carnes·
magis q̄ ſolare·: ix·
Queſtiones de ouis· x·
Vtrū vitellus vel albumen ſit calidius

Quaē vitell⁹ i aq̄ poſit⁹ dn̄dit: albumē nō· x
Quare oua i auib⁹ ſūt maioꝛa et paucioꝛa q̄ꝫ in piſcibus· eodē
Quaē i auib⁹ ſūt dure teſte: i piſcib⁹ nō· eodē
Quare oua in volatilib⁹ ſūt diuerſi coloꝛis: in piſcibus non· eodē
Quare in piſcibus ſūt oua rotunda: in volatilibus oblonga eodē
Quid rūpat teſtam i excluſione pulli eodē
Quare vitellus oui i pleno lumine ouati ſoꝛdes lauat a pannis· eodē
Quaē q̄dā oua ſtrepūt i igne et q̄dā nō· eodē

Queſtiones de piſcibus C·xi
Vtrū piſces comedāt pullos ꝓprios· eodē
Vtrū piſces maſticent cibum eodē
Quaē pluuia cōueīt piſcib⁹ et nocꝫ auib⁹· eo·
Quaē oua piſciū pl⁹ i igne ſtrepūt q̄ꝫ alia· eo·

De leguminibus Ca·xij·
Quare podagra accidit maxime comedētib⁹ legumina· eodē
Quare fabe ꝑ decoctionē nō amittant ventoſitatem ſicut oꝛdeum· eodē
Vtꝝ lētes ꝯdite cū aceto pn̄t dari ia cutis eo·

De oleribus· Ca·xiij·

Quare caulis ſoluit ebrietatē C·xiii·
Quare portulaca ſoluit ꝯgelationē dētiū· eodē
Quare allia ⁊ cepe ī ſicciori loco fiūt meliora eo·
Quare magis fetēt allia vetera ꝙ̄ noua· eodē
Quare ruta facit fetidos ſudores eodē
Quare origanū facit muſtū vinū dulce eodē
De fructibus C·xiiii·
Cur comedētes fic⁹ molles ledūt͛ ī dētib⁹·eod
Quare comeſtio ficuū generat pediculos·eod
Quare dulcibus fructib⁹ ſaciamur citius ꝙ̄
acetoſis· eodē
Cur vinū bibitū poſt putridos fructus aceto-
ſum videtur·: eodē
Cur poſt ſtiptica vinū videt͛ dulce? eodē
Cur pira ieiunis fiūt nociua eodē
De ſale· C·xv·
Quare ſal piectū in igne crepitat eodē
De melle xvi De oleo xvii
Quare oleū in ſupremo·vinū in medio·mel ī
imo melius reputatur· eodē
Quare oleum in vaſe ſemipleno diū tentum
emendatur· eodē
Quare oleū cōgelatur: vinū raro eodē
Quare acetū nō cōgelatur· eodē
Cur piper et ſinapiū corrodūt cutē exterius et
ſtomacho minime nocent· eodē

Incipiũt tituli q̄rti libri mēſe philoſophice

De hōeſtis lud̄ ⁊ iocis: ca. i
Inuectiōib⁹ iocād̄ ij
Locutiōibus cōuenientibus pſonis iij
Aptis v̄bis iocoſis iiij
De impatoribus v.
Regibus vi
Principibus vij
Comitibus viij
Militibus ix
Armigeris x
Aduocatis xi
Mercatorib⁹ xij
Vſurariis xiij
Ruſticis xiiij
Iudeis xv
Latronibus xvi
Hiſtrionibus xvij
Mulieribus xviij
Iuuenculis xix
Pueris xx
Cecis xxi
Fatuis xxij
Obſeſſis xxiij
Sūmis pontificibus· xxiiij
Cardinalib⁹ xxv·
Archiepis· xxvi·
Epis xxvij
Archidiacōis xxviij
Canonicis xxix
Claudis ⁊ ʒctis xxx
Sacerdotib⁹ xxxi
Clericis xxxij
Aduocatis xxxiij
Abbatibus xxxiiij
Prioribus xxxv
Monachis xxxvi
Predicatorib⁹ xxxvij
Minorib⁹ xxxviij
Nouiciis xxxix
Cōuerſis xl
Monialibus lxi
Beghinis xlij
Somniis xliij
Medicis xliiij
Diuerſis artificibus xlv

Et ſ̄ de tabula tituloꝝ libri mēſe philoſophice·:·

Prohemiū in librū qui dicit mensa philo-ſophica. Incipit. Ca. j.

Sicut dicit macrobius tercio libro ſaturnaliū. Abſit ꝙ phia que i libris ſuis ſollicite tractat de officiis cōuiualibus: ipa cōuiuia reformidet: tāꝗ nō poſſet rebus aſſerē qd ſolet vbis docē. aut neſciat ſeruare modū: cui⁹ i oib⁹ hūane vite actib⁹ termios ipa cōſtituit. Neq3 eā ad mēſā iuito: vt ipa ſe moderet: cui⁹ diſciplina ē oib⁹ moderationē docē. Et ibidē paulo poſt. Hanc phiam null⁹ honeſt⁹ act⁹ locuſue aut cet⁹ excludat. Que ita ſe aptet vt vbiq3 appareat nccāria tā ꝙ ab eē nephas fuerit. Quia ergo litteratorū mēſis et cōuiuiis phia cōueniēs debet inter ſe: qlibet vtiq3 ſicut honeſtus: ita vtilis et delectabilis eſſe debet. Quia vt idē dicit. Macrobius libro pmo. Erit in mēſa ſermo iocūdior: vt habeat voluptatis amplius: ſeueritatis minus. Oportet em̄ in cōuiuio verſari ſermones vti caſtitate integros: ita appetibiles venuſtate. Videtur oīno expediēs: vt ſermo mēſalis vel ſit de natura rerū qbus veſcimur et potam̄

vel de queſtioĩbus mẽſalib9 q̃bus i mẽſa exer
citamur· vel de his et illoꝝ morib9 et cõditio-
nibus q̃bus ĩ mẽſa ſociamur· vel de his iocis
et ſolacijs honeſtis q̃bus in mẽſa recreamur
et exhilaramĩ· Ideo pñs opuſculũ Menſã phi
loſophicã intitulare decreui· Et in q̃tuor trac
tatus ꝑtiales diſtinxi· Primus erit de harũ
rerũ natura q̃s ꝑ modũ cibi vel potus in mẽſa
ſumim9· ¶ Secũdus erit de natura et mori-
bus eorũ cũ q̃bus in menſa ſum9: vt i verbis
menſe eorũ morib9 honeſte et vtiliter cõfor-
memur· ¶ Terti9 de queſtioĩb9 mẽſalib9 qui-
bus in mẽſa philoſophice exercitamĩ· Quar
tus de honeſtis iocis et ſolacijs quib9 in men
ſa hilariter iocũdamur·

¶ De hora comeſtiõis et q̃tiẽs ſit comedẽdũ· c· ij

PRimo igit̃ videndũ eſt de tpe et hora
comeſtionis· De q̃ dicit Raſis libro· x·
almãſoris· Comedẽ cõuenit poſtq̃ ꝑterita ci-
bi grauitas deſcẽderit ad inferi9: et ps vẽtris
inferior leuis efficiat̃: in q̃ nulla remãſit tẽſio
et exercitio ꝑceſſit cõueniẽs: appetitiua q̃ꝫ pre
ualet: tũc iudicat̃ melius· ¶ Et ꝑterea vt ait·
cauendũ eſt ne comeſtio poſtq̃ appetitus fue
rit tardet̃: niſi appetit9 mẽdax fuerit· ſicut e-
brijs et faſtiditis accidẽ ſolet· Sed poſtq̃ ho

J

q̃ ebrioſus nō eſt appetē ceperit: et nutrimētū
qđ pceſſit nec mltū nec groſſū fuerit: ipa hora
dēt comedē ſine dilacōne. Si em̄ comeſtio a=
deo tardet q appetitia deſtruat: q̄ prius inceſſa
erat: ſirupū viole vel acetoſū vel aquā calidā
ſumē dēt. deinde abſtinē a comeſtiōe donec vo=
mat vel aſſelet vt appetitu a excitet et redeat.
Itē ibidē Sūmope obſeruādū ē vt cibos ſibi
ↄſuetos q̄ſqꝫ accipiat. et toties edat q̄ties cō
ſueuit. niſi ↄſuetudo pueſa fuerit q̄ oino vitā=
da ē. qm tñ nō repēte ſꝫ paulati et ordinate di
mittē dēt Comeſtio āt ſic ordiari dēt: vt ſemel
inť diē et noctē ā ad mai⁹ bis ī die. vel qđ tē=
perati⁹ eſt inť duos dies ter reficiat. Semel
aūt ī die comedē hñtib⁹ corpa macra et ſicca
nocet. Bis āt ī die reficiā hñtib⁹ corpa groſſa
et pinguia ledit Multo pterea vtētes exercicō
et multū laborantes groſſiori indigent cibo.
His āt ↄtrariis ↄtraria ↄueniūt. Cōmētator
Auerroys ſup cātica. Auicēne dicit. Magis
tpatus mod⁹ eſt vt q̄s comedat ter in duo=
bus dieb⁹. quoniā opinati ſūt q act⁹ digeſti
ue in tercia digeſtione pficiatur ī octodecī ho=
ris. p quāto cū fiat trina comeſtio in duob⁹
diebus pficietur digeſtio in mēbris iſto tē=
pore vel prope hoc. Et quoniā ipſū tempus

octodecī horaꝝ erit int᷑ duas comeſtiones·cō:
ſtat ꝙ laudabilioꝛ hoꝛa comedēdi ē cū refiat᷑
q̄s iam pfecta digeſtiōe cibi pre aſſūpti·

De appetitu et cōſuetudīe comedēdi· C·iij

De cōſuetudīe et appetitu comedēdi di=
cit Auicēna i cāticis ſuis pte ſcd̄a·Vta
tur ergo hō ſm vſū et cōſuetudinē natuē ſue·
Nec delcātio cibi omittēda ē·Vbi dicit·Auer
roys i cōmēto· Cōſuetudo nāqꝫ natuē aſſimi=
lat᷑·ac ſi dicēt·ꝯſuetudo nccārio ē obſeruāda
q̄uis praua eēt et illaudabilis· Deinde cū di
cit·Appetit⁹ nō ſūt omittēdi·qd̄ ē vnū ꝓcep=
tū iſti⁹ artis·Vn̄ attēdendū eſt i cibis:vt cū
hs ꝙ eēnt boni et laudabiles i ſe:ꝙ etiā appe=
tant᷑ Et iō dixerūt ꝙ duoꝝ cibaꝛioꝝ ille q̄ mi
noꝛis ē iuuamēti inq̄ntū delectabilis:ē melioꝛ
min⁹ delectabili:etſi ſit maioꝛis iuuamēti· Ra
ſis āt i almanſoꝛis q̄rto dicit· Sepe euēire ſo
let vt aliq̄ nutriētia q̄ ſūt mala:aliq̄bus cōue
niētia repiant᷑·a q̄bus ipi ſicut alii cauere nō
debēt· Et foꝛtaſſis aliq̄ nutriētia bona exiītia:
incōgrua aliq̄bus inueniūtur·a q̄bus peni=
tus ſibi cauere debent· Si autē ſūt aliqua nu
trientia aliq̄bus cōueniētia:que ipi appetant
licet minus ſint bona·tamē attribuenda ſunt
appetitui:niſi oīno peſſima foꝛent·non tamen

malis nutrientib⁹ ſemp eſt vtendū·

## De ordine cibi et refectiõis· Ca·iiij

QVod at̄ digeſtio fit mala et corrūpit̄:
ideo ē: qꝛ cibi mlti et diuſi ſumūt̄ i vna
comeſtiõe: et ꝙ cib⁹ groſſus an̄ ſbtilē ſumit̄
et multa cibaria cū iure būte micas ſumūtur·
et ꝙ int̄ pncipiū et finē prādij mlta fit mora·
Oportet pterea ꝙ i hyeme cib⁹ actualit̄ ſit ca
lidus·i eſtate frigid⁹ actualit̄ Eſt tn̄ abſtinē
dū a cibis calidiſſimis: q̄les ſūt cū ab igne re
mouētur·et a frigidiſſimis: q̄les ſūt q̄ infrigi
dant̄ ſup niuē· Auicēna i cāticis dicit· Eſt at̄ i
cibis huidū et lubricū ſtiptico ꝑponēdū Eſtqꝫ
ſapor dulcis acetoſo vniēd⁹: et ſiccū cū huido
⁊ frigidū cū calido rectificādū· Cōmētator ibi
dē· Qꝛ ꝑpoit̄ huidū et liq̄dū ſtiptico: ē canon
et pceptū i regimīe cibi et ordine· qm̄ ad con-
ſeruationē ſanitatis exigit̄ ꝙ mēſuret̄ in q̄li-
tate q̄ntitate tpe et ordie· Et ꝙ cib⁹ ſit lauda
bilis et laudabilit̄ miniſtrat⁹ cū pdictis qua
tuor cōditiõibus· Qd̄ vero addit hoc ſūptū
eſt a ɔtrario: ita ꝙ ɔtrariū a ſibi ɔtrario ad tē-
periem reducat̄· Sicut ſi diceret vt humidū
cū ſicco et frigidū cū calido tēperet̄ et pingue
et vnctuoſū tēperet̄ cū ſalſo et acetuſo·⁊c̄·

## De loco refectionis cōuenienti· Ca·v

Ad laudabilem refectionē faciendā ſm Auicēnam in cāticis· eſt querēdus locus trāquillus et frigidus et a vēto euētatus: necnō etiā tēpus et hora frigida· Vñ decet hominē attētū eſſe i hoc regimine· Cōmentator· Auerroys dicit q' hoc faciendū eſt maxime tēpore eſtiuo· quoniā calor extraneꝰ calorē naturalem debilitat: ſicut et ſol ignē cū ſibi apponitur· q̄ tñ accēditur cū ad vmbrā ponit'· Raſis vbi ſupra: obſeruandū eſt vt cibi i horis edātur frigidis· q' ſi frigide nō poſſint eſſe māſiones ſint tñ frigide hore comeſtiōis: poſt q̄s refecti dormire et q̄ſcere poſſint·

De cibis et potibꝰ q̄bꝰ reficim̄ i mēſa· C· vi

Poſt h' dicendū eſt de his q̄ in mēſa comedūtur et bibūtur· Et p̄mo de pane· Raſis in libro tercio almāſoris· Panis q̄ ex tritico fit pluribꝰ hoībus ꝯueniētior eſt· Qui bene ſallitꝰ et bene fermētatus et coctus etiā tardius egerit' et magis tenuis et ſubtilior inuenitur· Auerroys aūt ſup cāticis· Auicenne dat huiꝰ rōem: dicēs· q' eſt bone digeſtionis ꝓpter mūdificationē et ſepationē eius a furfuribus· Sed q' ſit tardioris egeſtioris ratio eſt: q2 furfur p̄bet viā velocitati egreſſus· Et

melioꝛ ē ille q̄ coquit̄ ī clibano tꝑate ſalſus et fermētat⁹ et q̄ ꝑparat̄ vt ſit ſilis ſpongie. Raſis vbi ſupꝛa. Panis aſſim⁹ dure digerit̄ tardeqꝫ de ſtomacho deſcēdit: q̄ ī vētre doloꝛē efficiens: ī epate opilationē et in renibus lapidē creat. Idē: panis oꝛdeace⁹ triticeo ē frigidioꝛ qui pui eſt nutrimēti. vētoſitatē et colicā atqꝫ alias īfirmitates frigidas facit. vētrēqꝫ ſtringit. Panis āt ex alijs granis ē vt natura grāi ex q̄ ſit. Auicēna. Panis nō comedat̄ calid⁹: ſed vna nocte infrigidat⁹.:

De vino et eius q̄litatibus Ca. vij.

Vinū vt dicit Iſaac de dietis libꝛo tercio: bonū nutrimentū dat copoꝛi. ſanitatem reddit et cuſtodit. nec vllus cibus nec potus inueitur adeo caloꝛis naturalis cōfoꝛtatiuus ꝓpter familiaritatis cōſoꝛtiū: cū naturaliter digeſtionē confoꝛtat. Eius caloꝛ eſt ſimilis caloꝛi naturali. et ideo cōuertitur cito in naturalem et puriſſimū ſanguinē. Turbidū ſanguinem clarificat et aditus tocius coꝛpoꝛis: et maxime venarū aperit et mūdificat. Epatis opilationē aufert. tenebꝛoſā fumoſitatē triſticie generatiuā a coꝛde expellit totiuſqꝫ coꝛpis mēbꝛa coꝛroboꝛat. Animā obliuiſci facit triſticie et anguſtie. datqꝫ ſibi leticiā et audaciā

et igeniū ſbtiliat. Igit̄ cōueniēs eſt oīb⁹ eta
tib⁹ oīb⁹ tpib⁹ oibus regiōib⁹: cū tn̄ ſuptū
fuerit ſm ↄſuetudinē vinū bibētis et q̄ntū na
tura ferre potent. Palā igit̄ eſt: q vinū ē bo
nū oīb⁹ hoib⁹ ſi ſm q oportet accipiat̄. Ideo
antiq̄ aſſimilauerūt vinū tiriace magne eiuſq3
nature. Calefacit eni corpa frigida: et infrigi
dat calida. humectat ſicca: et extenuat huida
Multotiēs etiā ab eo ſitis plus q ex aq̄ extin
guit̄. Raſis vbi ſup̄ ii° tcio. Vinū gnālit̄ ſto
machū et epar calefacit ⁊ nutrimētū penetraē
facit. Sanguinē q̄3 et carnes et inatū calorē
augmētat Ipa3 etiā naturā i ſuis ꝓpis actiōi
bus adiuuat. Per ip3 etiā fit digeſtia fortior
et ſupfluitatū expulſio: et ea4 egreſſio facilis
Per ip3 etiā ſaītas ⁊ fortitudo pdurāt et ſeniū
retardat̄. Vinū p̄terea aīa3 letificat: ſ3 ſi ſup
flue ſūat̄: epati cēbro et neruis noc3. tremorē
⁊ ſpaſmū ⁊ apoplexiā ac mortē gnāt ſbitaneā

De medone et ei⁹ ꝓpetate. Ca. viij

Potus de melle factus ſm Raſim vbi ſu
pra vehemēter eſt calidus. Qui coloīs
rubei eſt generatiu⁹. Calidā hn̄tibus cōplexi
onem nō eſt cōgruus. Frigidas aūt habētib⁹
cōplexiones multū cōfert. Dicit etiā. Cōmē
tator ſup cātica. Auicēne. q aqua mellis ē me

11

lior vino his q̄ naturalit̄ hn̄t debiles neruos.

De ſeruiſia duplici. Ca. ix.

Seruiſia vt dicit Raſis vbi ſupra: maxime de ordeo facta neruos impedit. caput dolere facit et inflat. vrinā tn̄ ꝓuocat: ac calorē ex ebrietate rep̄mit. Que aūt de tritico mentā et apiū habet admixtā: oībus melior iudicat̄. Verūtamē ī ſole calefactis et ī diſpoſitiōibꝰ et tp̄ibus calidis in cōmuni.

De carnibꝰ in cōmuni. Ca. x.

Caro vt dicit Raſis vbi ſupra: oīnibus nutriētibus vehemētius nutrit impinguat atqꝫ roborat. Qui aūt ea vtitur multā habet repletionē ideo freq̄nti īdiget fleubothomia: et p̄cipue ſi q̄s cū ea vinū bibit. Vniuerſalit̄ āt oīs caro calefacit: q̄ febricitātibꝰ et repletionē patiētibꝰ incōgrua iudicat̄. Caro vero rubea ſine pinguedine maioris eſt nutrimēti q̄ꝫ q̄ eſt cū pinguedine: q̄ etiā pautioēs generat ſupfluitates. et ſtomachū plus corroborat. Caro aūt groſſa multū laborātibꝰ cōueniēs eſt. ſb̄tilis āt his q̄ ſūt ɔtrarii cōuenit

De carnibꝰ ſilueſtribꝰ. Ca. xi.

Omne animal generaliter ſm Iſaac de dietis libro tercio. aut ē ſilueſtre: aut domeſticū. Silueſtria aīalia et ſicciora et in

digeſtibiliora ſũt: et illaudabilis nutrimẽti generatiua: ꝓpter multitudinẽ motus et laboris eoꝝ et ꝓpter calorẽ et ſiccitatẽ inhabitati aeris. qđ ſit ꝓpter calorẽ ſolis abundantẽ: et propter indigentiã vmbre ea a ſole operiẽtis Vñ ſilueſtria nõ ſũt boni nutrimẽti in quãtitate et qualitate: niſi ſola ſilueſtria caprina. Quia ſupfluitate caloris mot9 et laboris quẽ aſſueſcũt: eorũ naturalis frigiditas tempatur Ideoq3 nimio motu et exercitio ſaporis carnis eoꝝ et odoris grauitas amputatᷣ: adiutorium digeſtiue vᷣtuti datur vt facillime optimeq3 caro digeratᷣ. Cetera vero aĩalia domeſtica ad ſilueſtriũ cõpationem propter ſuam quietudinẽ et aeris temperiẽ ſũt nutribiliora et laudabiliora: groſſiora tamẽ et duriora ad digerendũ. Inter q̃ maſculina puto calidiora et maioris humiditatis q̃ feminina. q̃re ſũt laudabiliora et digeſtioni faciliora. Feminina caro eſt min9 calida et humidior: ideo ad digerendũ tardior. Caſtrata autẽ aĩalia medio modo ſe habent inter illa.

De carnib9 edulinis. Ca. xii.

Edulina caro vt dicit Raſis vbi ſupra: eſt temperata in ſe nullam habens maliciẽ admixtionem. Que licet temperatũ gene=

ret ſanguinē: laborātibus tamē non cōuenit· Alij vero nō laborātes: ſup eā nō eligant meliorem· Nō eni̅ adeo eſt debilis vt ex ea v̓tus deſtruatur· Neq3 eius nutrimentū adeo multum et groſſum: vt ex ea in corpore veniat repletio et groſſus generetur ſanguis: ſed ſanguis ex ea generat̉ medi⁹ int̉ groſſuz et ſubtilem inter calidū et frigidū· Et addit· Iſaac vbi ſupra: ꝙ maxīe edi lactātes ſūt ceteris laudabilioēs ī ſapore et nutrimēto atq3 digeſtione· et bonū ſanguinē generātes· Lac eni̅ preſtat eis naturalē humiditatē·

De carnib⁹ agnellinis· Ca·xiij

AGnellina caro vero ſm Iſaac vbi ſupra nō eſt bona etiā lactans ꝓpter ſue humiditatis et viſcoſitatis copiā et ſupfluitatē flegmatis qͦd generat· vn̄ comeſta prius ꝙ ſit digeſta ſtomachū egreditur· Auerroys tamē in quīto collectorij dicit: conueniens eſt vt carnes agnorum poſt bonitatē carniū edulorū ponantur· que et ſi ſint multarū ſupfluitatum: in terris tamē calidis recipiūt temperiem·:·

De carnib⁹ arietinis· Ca·xiiij·

CArnes arietine ſm Raſim vbi ſup: ſūt

groſſioẽs edulinis·vireſq3 plus augmẽtãt et
plures efficiũt ſupfluitates:q̄ in boitate eduli
nã ſequũtur·Arietes maxĩe iuuenes et anna-
les ſũt agnis et ouib⁹ melioẽs·qꝛ ſi eoꝝ caro
bñ digerat̃:bonũ multũq3 ſanguinẽ generet:
maxĩe ſi ſint caſtrati·qꝛ caliditas eoꝝ et huidi
tas tẽpate ſũt:vñ et ſũt ſaporis boni·Galien⁹
aũt teſte cõmẽtatore q̃nto collectoꝛii abhoĩna
tur carnes arietũ et ꝯmẽdat vitulinas·

De carnib⁹ vitulinis et bouinis· Ca·xv

Vituline carnes ſm Auerroym ſũt bo-
ne qꝛ nõ hñt illã viſcoſitatẽ et frigidi
tatẽ quã habent carnes bouine·et ſũt magis
odorifere aliis carnib⁹·Et q̃ntũ eſt in hoc me-
liores ſũt carnib⁹ edulinis·Sꝫ carnes edu-
line meliores ſũt vitulinis:qꝛ generãt melio-
res hũores·Iſaac vbi ſup̃·Bouina caro ſan
guinẽ groſſũ et turbidũ et melancolicũ gene
rat·multũ dat nutrimẽtũ·iobediẽs digeſtiõi·
tardeq3 a ſtomacho eijcit̃·et diſſoluit̃ difficile
a mẽbris et vẽtrẽ ꝯſtipat·Qꝛ ſi vtẽtes melãco
lice fuerĩt ꝯplexiõis:ſplenetica ert̃ q̃rtanã pa-
tient̃ yposarcã icibet naſcit̃ q̃nq3 i eis ipetigo·
elephãtia lepra·cãcer·ſerpigo·ſm ꝯplexionẽ
q̃m paratã huiõi hũorib⁹ inueniet

De carnib⁹ porcinis diuerſis· C·xvi

J

Porcina caro ſm Auicēnā naturalior eſt
hoībus q̄ aliorꝝ aīaliū ābulātiū. et expe
rimēta hͦ docēt ſm Auerroym q̄nto collectorij
Iſaac vbi ſupra. Porcina caro ceteris aīalib⁹
frigidior ē et hūidior: maxīe domēſtica. Silue
ſtris vero porcina ad domēſticā cōpata: calida ē
et ſicca et minoris nutrimēti. Domēſticā vero por
cinā nō oportet accipi niſi raro: et ſolū eius ex
tremitates comedant᷑. vt pedes et nares atq̄z
aures Et iſta caro porcina mltū ē nutribil᷑. bo
nū generat chimū. vētrē humectat ꝓpter ſue
hūiditatis viſcoſitatiſq̄z copiā. vrinā tamē nō
ꝓuocat. et tenue dietantib⁹ eſt incōueniens.
Adoleſcētes enī inf᷑ eos ſūt meliores et bn̄ nu
tribiles. laudabilē generāt ſanguinē.

De carnib⁹ ceruinis leporis et vrſinis. C. xvij

Ceruina caro ſm eūdē ibidē melancolica
eſt. et dura ad digerendū. ſed lactātes
ſūt ceteris vtiliores. Secūdo adoleſcētes ſūt
his deteriores. decrepiti peſſimi. Caſtrati autē
iuuenes ſūt meliores: q2 calor eorꝝ et ſiccitas
tēperat᷑. Auicēna tamē dicit q̄ cū groſſitudine
ſūt velocis deſcenſionis: et faciunt venire q̄rta
nas. extremitas caude cerui eſt venenū. Lepus
vt dicit Raſis vbi ſupra: p̄cipue melācolicū
ſāguinē generat. q2 ei⁹ caro eſt pre aliis melā

colie generatiua. Jſaac aūt dicit q͏̄ licet ficatū et groſſum generet ſāguinē: eſt tn̄ melior iuuenibus hircis et capris. Urſina caro ſm̄ eūdē eſt viſcoſiſſima. digeſtioni inobediēs. peſſimū dat nutrimentū. vn̄ plus attinet medicine q̄ cibo

De mēbris aīaliū. Ca. xviij.

Ecdm̄ Raſim vbi ſup̄ caput ē groſſū. qd̄ multū nutriēs calefacit. nec ē comedendū niſi tpib⁹ frigidis. ex eo eni m̄ltotiēs colica generat̄. multū cōfortat ſāguinē et ſperma auget. Cerebrū cū ſit frigidū nauſeā facit: et ſtomacho nocet qd̄ ab oīb⁹ ip̄m ſumētib⁹ an̄ oēm cibū ſumēdū eſt. Calidā p̄terea hn̄tib⁹ cōplexionē cōfert. Quib⁹ v̄o frigide ſolēt accidere egritudīes nō cōgruit. Medulla tp̄amēto vicina: lic; caliditati magis appīqnet: ſperma augmētat et ſtomachū mollificat. Uber ē frigidū et groſſu;. qd̄ licet m̄ltū nutriat. tarde tn̄ digerit̄. ſtomachū vero et epar hn̄tib⁹ calida cōfert. Epar calidū ē et huidū dure digerit̄ et graue exiſtit. Jſaac aūt dicit q͏̄ ſanguinē generat laudabilē. ſ; lactātiū epar eſt meli⁹ Galline v̄o eſt meli⁹ q̄ lactātiū. Cor vt idē dicit dure eſt ſubſtātie. tarde egredit̄. bn̄ tn̄ digeſtū m̄ltū nutrit. Pulmo aūt vt dicit idē facilis ē digeſtionis: et velociter de ſtomacho

J.

eſcātur: ꝑpter leuitatē et raritatē ſubſtātie eiꝰ
Renes duobꝰ modis ſūt illaudabiles. Vno
mō ꝑpter ſue ſubſtātie duriciē et groſſiciem.
Alio modo qꝛ eoꝝ nutrimentū ſuit pinguedo
vrine. vñ ſanguinē generāt groſſuꝫ et peſſimū
Raſis vbi ſupꝛa: raro ſine pinguedine rubea:
ſanguinis ſicā eſt generatiua. paucas faciēs
ſupfluitates. magis tñ adipe nutrit. Pingue
do ſanguinē generat humidiſſimū. multas fa
ciens ſupfluitates. minoꝛis tamē eſt nutrimē:
ti. Caro variata que eſt int̄ pinguedinē et
macredinē: ſanguinē generat tēperatū. Pe:
des ſanguinē generant viſcoſum. Ani autē
anterioꝛa leuioꝛa ſūt et calidioꝛa. Poſterio
ra vero grauioꝛa ſūt et frigidioꝛa.

De carne in paſtillis. Ca. xix.

Caro in paſtillis cocta: vt dicit Raſis:
mala eſt: parūqꝫ nutrit. acide tñ ructā
tibus cōfert. Vniuerſalit̄ moꝛtari oloꝛū vel
paſtilloꝛū ſpecies ꝑuum preſtat nutrimentū:
reſpectu cibarioꝝ ius habentiū. Multos ta:
mē habētibus humoꝛes cōfert. ac coꝛpa ſua
deſiccare et ſubtiliare volētibus auxiliū pre:
ſtat Caro vero i veru aſſata groſſa eſt: et mul
tum dat nutrimentū. que nō digereṫ niſi ſto
machū inueniat robuſtū et calidū. ventrē vero

ſtringit· et hͦ facit ꝑpe cū ex ea aliud qđ ē pin
gue nō comedit᷑· Caro cocta cū ouis et pipere
ſp eſt calida· et ipa ē cibus hyemalis: q̄ et cor
pus corroborat et oībus cibis plus nutrit pre
terea ſperma et ſanguinē augmētat· pulchrū
forte et craſſuꝫ efficit· In eſtate vero faſtidiū
generat· calefacit et lapidē creat·

De volatilibꝰ in generali· Ca·xx·

Volatilia vt ait· Iſaac vbi ſupra vniuſa
lit̄ ſūt leuiora et ſbtiliora ābulātibꝰ: mi
nus tn̄ ſūt nutribilia· Sꝫ tn̄ ſilueſtria magis
doēſticis: et teneriorē hñt carnē et faciliorē di-
geſtioni· Cā huiꝰ raritas ē carniū ꝑ ſui labo-
ris nimietate ſuiqꝫ aeris ſiccitate· Sꝫ doēſtice
plus nutriūt et laudabilē generāt ſāguinē: et
tēperantioēs ſūt ꝑ ſui humiditate laboriſqꝫ tēpe
rie· Ceteis āt volatilibꝰ ſturnꝰ ē ſbtilior· pul-
li pdicū· gallinacei· poſt hͦ pdix· faſianꝰ· et gal
lina· Pulli leuioēs ſūt ceteis volatilibꝰ: et lau
dabileꝫ generāt ſāguinē· appetitꝰ cōfortatiui
ſūt· et oībꝰ a natuā ꝯueniētibꝰ laudabilioēs
ſūt pulli maſculi in tēpata pinguedie exñtes
Cōmētator q̄nto collectoriū· Melior ex volati
libꝰ ē caro galline: et ideo brodiū ſuū ē optia
medicia leproſ·. Et dr ꝙ cerebꝝ galline aug-
mētat ſbſtātiā mateie cerebri et acuit igeniū·

De gallina. Ca. xxi.

GAllina ſm̄ Iſaac vbi ſup̄ min⁹ pullis
eſt huīda: et ob h' ad tpamētū pulloꝝ
cōpata digeſtiōis eſt difficilis. bñ tñ digeſta
pluris ē nutrimēti. q̄ ſi de ea ſimplici⁹ efficiat̄
erit melior. qꝛ ab aq̄ q̄ndā huīditatē adq̄rit
et ſtomachi ē cōfortatiua. mł'tū dās nutrimētū
Raſis vbi ſup̄. Sturni caro oīm volatiliū car
niū melior iuenit̄: et his q̄ ſubtili volūt cuſto
diri regimīe cōueniētior Poſt iſtā ē caro co
turnicis in ſcđa boītate: q̄ puas generās ſup=
fluitates nō mł'tū calida iudicat̄. Caro pullo
rū poſt iſtā ponit̄. pdicis groſſior exñs. ventrē
ſtringit et multū nutrit.:

De pullis colūbarū Ca. xxij.

PVlli colūbini ſunt vehemētis calidita=
tis: q̄ ſanguinē generant inflāmatū et
cito febrem faciūt. Iſaac vbi ſupra. Pulli co
lūbini calidi ſūt. copioſi. humidi. quare groſ
ſum dāt nutrimentū. qđ teſtatur eoꝝ graui=
tas ad volandū. ſed volare incipiētes fiunt le=
uiores et ad digerendū acceptabiliores. con=
ueniūt flegmaticis: et diſcōueniūt colericis.
Anates vt idē dicit oīb⁹ auibus aque ſūt de
teriores. Caro ei eaꝝ vt dicit Raſis: pluēs effi
cit ſupfluitates: et pl⁹ faſtidiē facit. et maioris

eſt calibitas. ſed tñ plus nutrit ꝙ caro gal'li-
nacea. Volatiliũ aũt oĩm i fluminib⁹ et la
cub⁹ morātiũ caro ē ſupfluitatũ effectiua: q̄ ñ
malũ habet odorē deterioꝛ iudicat.

De ptibus volatiliũ i cibo Ca. xxiij.

Enter oĩm volatiliũ ſm Iſaac vbi ſu-
pra eſt lacerto ſis et ad digerēdũ du-
rus: ſed ſi digerentur multũ dat nutrimentũ.
Oĩbus tñ anſerum⁹ eſt laudabilioꝛ: ꝑpter co
piã huiditatis i alis ſuis. poſt hũc gallinace⁹
Similiter et iecur oib⁹ his ē nutribili⁹ et cō-
uenientioꝛ⁹ Alie võ vnius cuiuſqʒ volatil' ſũt a
lijs mēbris laudabilioēs: ꝑpt' ſui mot⁹ et labo
ris nimietatē. mot⁹ eñ ſupfluitatē hũoris diſ
ſoluit Colla anſeris et galline ſũt meliora ce
teris Similiter volatilia caſtrata ſũt meliora
ceteris Et gallinacij ſũt oib⁹ melioēs. lauda
bilius eñ ꝑbent nutrimētũ et pfectũ generāt
ſāguinē Cerebella volatiliũ ſũt mioris huidi
tatis et viſcoſitatis et ſicciora ꝙ aĩaliũ ābulā
tiũ: et iõ laudabiliora: maxĩe aũt pulloꝝ ſtur
norũ. pdicũ. gallinarũ et gallorũ.

De ouis et eoꝝ ꝓꝓetatib⁹. Ca. xxiiij.

Ova vt dicit Iſaac vbi ſupra multum
dant nutrimentũ q2 tota eoꝛũ ſubſtā-
tia mutat ꝑ ſua naturalia humane natuē vias

nitate maxie eoꝝ vitell9. Et iō rōe ſui tpamē
ti ſūt magis hūāne cōplexiōi ſilia. Oua gal
line ſm Raſim vbi ſup ſūt plus aliīs cōueniēs
tia et pdicās: q̄ ābo ſperma valde augmētant
et ad coitū iatāt. poſt q̄ in boītate ſūt oua ana
tis ꝗꝛuis malū efficiūt nutrimētū. Anſeꝝ vero
oua faſtidiūt graue ħn̄ia odoꝛē. Oua galline
et pdicās tpata ſūt et cōueniētia. Vitell9 in
caliditate exn̄s tpat9 bn̄ nutrit. Albumē ve
ro frigidū ē et viſcoſū dureqȝ digerit̄. De vi
tello dicit cōmētatoꝛ ſup cātica. Auicēne ꝙ de
opinio ē ꝙ tm̄ pōdus ſāguinis ab eo generat̄
ꝗntū ipe eſt. Raſis: oua dū elixātur et dura
ſiūt ad digerēdū ſūt durioꝛa tardi9 de ſtoma
cho dſ̄dūt. Mollia vō ad deſcēdēdū velocioꝛa
bis i qbus fuerit ſāguis flux9 mltitudo: ac vi
res fuerīt minute cōferūt. Tremula vō q̄ neqȝ
dura ſūt neqȝ mollia: inter alia duo media
exiſtūt. Oua ꝑterea gutturis aſpꝛitati cōfert
ex qbus ſāguis tpatus et mlte vires generā
tur. Ipſa qȝ aliqn̄ vicē carnis gerūt qb9 aal
de pingues nō debent vti.

Delacte Ca.xxv.

Ac vt dicit Iſaac vbi ſupra: vicinū
eſt ſanguini. non eſt enim aliud niſi
ſanguis coctus in vberib9 ſcda vice.

hēt em̄ ab vberib⁹ albedinē ſapoꝛitatē et ha‑
bilitatē. Raſis vbi ſup̄. lac recēter mulctū tēpe‑
ramēto eſt vicinū: licet frigiditati et hūiditati
parū ꝓpinquet qḋ coꝛp⁹ īpinguat et humec‑
tat. Ethicis etiā et ptiſicis et ſicce tuſſi et ar‑
doꝛi vrine. auxiliū prebet. Coꝛpoꝛib⁹ ſiccis op‑
timū ꝓbet nutrimētū et ad tēperiē ducat. ſāgui‑
nē q̄z et ſperma augmētat. Ei⁹ tn̄ auerſio ē ve‑
loꝝ q̄re acute febricitātib⁹ vel q̄b⁹ doloꝛ capi‑
tis ex moꝛbo accidit. colicis q̄z et q̄b⁹ frigide cō‑
ſueuerīt accidē egritudīes nō ē tribuēdū. Vac‑
cinū lac oī lac cuiuſcūq̄z aīalis groſſi⁹ iudicat̄
qḋ oīb⁹ pinguedinē ſui coꝛpis adipiſci volē‑
tib⁹ cōueniēs exiſtit. Aſininū aūt oī lacte
ſbtili⁹ exiſtit qḋ oīb⁹ ī pulmōe patiētib⁹ dā‑
dū eſt. Caprinū lac int̄ h̄ duo tēperiē tenet
Sz ouinū plures q̄ aliqḋ aliud generat ſu‑
pfluitates. Iſaac. Lac de ſanis aīalibus ſi nō
crebꝛe nec multū ſed tēperate de eo ſumatur:
laudabilē ſanguinē generat. ventrē humectat
pectuſq̄z et pulmonē et veſicā iuuat: maxime ſi
amiſerit ſuā aquoſitatē. Et coctū cū alijs ci‑
bariis vt riſo et cōſimilib⁹ manducet̄. Raſis
Lac qḋ poſt butiri extractionē remanet fluxū
vētris et colera rubea patiētib⁹: coꝛpuſq̄z ha‑
bētib⁹ macrū et debile cōfert. Et adhuc meli⁹

ſi ferrū ignitū i eo multoties extiguatᷣ Serū colerā rubeā extiguit: ſcabiei q̊z atqz puſtulis ictericie et eis q̄bus fortis vini potus nocuit: auxiliū p̄bet Idē butirꝫ crudū aſperitatē gutturis ac ipetiginē patiētib⁹ necnō rubee faciei cū cutis groſſitudie atqz puſtulis ſicċis et aſperis qn̄ fricantᷣ cū eo auxiliꝫ: faſtidiū tn̄ facit atqz ad ſtomachū ſupi⁹ aſcēdit Butirꝫ coctū ſtomachū debilitat: ac dura mollificat apoſtema qn̄ ex eo fit emplaſtꝝ. Morbib⁹ q̊z vipetarꝫ acutiſſis reſiſtit. q̄ āt eo i comeſtiōe nimiū vſus fuerit ꝯtinue patietᷣ fleg̃ticas eg̃tudies. Nutribili⁹ q̊z vnctuoꝝ oīb⁹ ac maiois exiſtit v̾tutis

## De caſeo. Ca. xxvi

Caſeus vt dicit idē recens frigid⁹ eſt et groſſus nec natura frigidis bon⁹ dicitᷣ vetus vero ꝛ iuerſificatᷣ ꝑm diuerſitatē vetuſtatis. Qui em̄ acuti ē ſaporis calid⁹ eſt et adurēs atqz ſitim faciēs et male nutriens. Verūtamē cū poſt comeſtionē ex eo pua q̃ntitas ſumitᷣ os ſtomachi corroborat: ſacietatē q̊z minuā et faſtidiū q̄ ex dulcibus cibis in ore ſtomachi puenunt aufert: verūtamē oportet vt recens et vetus dimittatᷣ Iſaac vbi ſup̄ Caſeus vniūſaliter peſſim⁹ eſt ſtomachi g̃uatiuus digeſtionis difficilis. Idcirco ſepiſſime

illo vtētes colicā iādūt et lapis i coꝝ renib⁹ generatꝰ· caſe⁹ tñ mediocris minꝰ nocet·

De piſcibus· Ca·xxvij·

PIſciū natura vt ait Iſaac vbi ſupᷓ vniuerſaliter eſt frigida et humida flegmatis generatiua cōueniens calidis et ſicās cōplexiōib⁹ eſtiuo tpe et calida regiōe· Incōueniēs āt frigidis et huīdis cōplexiōib⁹ tpibus et regiōib⁹ frigidis· Sūt āt marini et aquarū dulcīū· Marini q̄ nati ſūt i pelago nō i ripis: et q̄ habitāt i petroſis et arenoſis locis: ſūt ſbtiliores et laudabilioēs et ad digerēdū facilioēs alijs marinis et meliorē ſāguinē generātēs Sed tñ tarde a ſtomacho et iteſtinis exeūt ꝓpt̃ viſcoſitatis paucīetatē· Piſces vō dulcīū aq̄ꝝ vniu̾ſalit̃ ſūt groſſioēs ꝛ viſcoſiores et tardi ad digerēdū: facili⁹ tñ ſtomachū exeūt q̄ꝫ marini· ſūt tñ nutribilioēs· Melioēs tñ ſūt q̄ magis ibi ītāt flumīa īpetuoſe currētia q̄rū fūdus ē lapide⁹ et longīq̄ ſūt a ciuitatū ſordicie· Piſces āt lacuales ceteris ſūt peiores ꝗ̄uioris odoris et dure digeſtionis et maxīe ſi lōge ſint a mari et fluīnibus· Raſis vbi ſupᷓ Oīes piſces ad digerēdū ſūt duri: longā faciunt morā in ſtomacho· ſitim creāt: Sāguis ex recētib⁹ creatus eſt flegmatic⁹ et malas in

corpe adunant viſcoſitates ex q̄bus multe p-
ueniunt egritudines· Eligendi ſūt piſces q̄rū
caro nō eſt viſcoſa nec multū groſſa: nec q̄ gra
uē hn̄t odorē nec cito putreſcūt: nec in lacub⁹
nec i paludib⁹ neq3 i luto malū habēte odorē
Neq3 in loco ſordes hn̄te cibis ſunt apti neq3
q̄ i aq̄s hn̄tib⁹ herbas malas ſūt nutriti: hii
eni ſūt melio ēs ¶ Salliti piſces nullo mō co
medēdi ſūt niſi in die in q̄ aliq̄s ſe medicarē vo
luerit·i·vomē voluerit· Si tn̄ eos aliq̄s appe-
tit pua ex eis ſumat q̄ntitas·q̄ cū reb⁹ vnctu
oſitatē hn̄tib⁹ et ſacietatē faciētib⁹ ſint parati
¶ Cācri fluuiales cōueniūt attenuatis valde
ſm Auicēnā· Caro eoꝝ cōueit ptiſicis cū lacte
aſine ſiliter et ius ei⁹· Itē reſoluūt vt dicūt q̄
dā magna apoſtemata ſi ponātur ſup illa

De leguminib⁹· Ca·xxviij·

CONſequenter dicendū eſt de legumini
bus· Et p̄mo de riſo· Iſaac vbi ſupra
libro primo· Riſum ſiccū eſt in quarto gradu
calidū in primo· Qd̄ coctū cū aqua valet ad
colicā dpaniā· Coctū v̄o cū amigdalino annit
tit cōſtipatione ſuā: bene nutrit: et bonū ſan-
guinē generat· ſperma augmētat: Et ſi cū ipo
vel aqua eius laues lētigines aufert eas et ci
to cutē mūdificat· Auicēna· cortex riſi venenū

reputaṫ: cui eñ daṫ i potu accidit ſtatim dolor in ore et lingua eius apoſtemaṫ. ¶ Fabe ſm Iſaac vbi ſup̄ vel ſūt virides vel ſicce. virides ſūt frigide et humide in p̄mo gradu: et parū nutriūt. humoēs generāt groſſos et crudos. et inflatiue vētoſitatē faciūt in ſupiorib9 vētris. Sicce vō frigide ſūt et ſicce i p̄io g̃du q̄ i ſuperiorib9 vētris vētoſitatē generāt groſſa3 et i flatuā ex q̄ fum9 aſcēdit ad cebrū nocēs Sōnia m̄lta et groſſa et corrupta īducūt: et ſūt m̄l te digeſtiōis ¶ Faba alba m̄gna nō vet9 melior ē: q̄ cocta cū aq̄ plurimū ei9 auferṫ vētoſitatis et groſſitatis: maxīe ſi eiecta aq̄ p̄ia: altera adiūgaṫ. Elixe comeſte cū mēta origano cimino et ſil'ib9 ſuā vētoſitatē minuūt. ¶ Qui āt ſui corpis mūdificaē voluerit ex farina fabarū aſſueſcat lauai. Raſis: fabe virides generāt hūores crudos et i ſtomacho et iteſtinis augmētāt flegma et i ipis vētoſitates excitāt ¶ Lenticula ſm Raſim frigida eſt et ſicca: ſanguinē generat melancolicū: et corpus deſiccat. tenebroſitates oculoꝝ et melācolicas gn̄at ifirmitates cū aliq̄s eis freq̄nṫ vtiṫ. Iſaac cebrū fumo groſſo iplet et melācolico vn̄ cā ē dolois et formidoloſoꝝ ſōnioꝝ ¶ Cicer ſm Iſaac vbi ſup̄ eſt albū et nigꝝ: albū ē calidū i p̄io gra

J
dū:humidū in medio qđ ad digerēdū ē duꝝ
vētoſitatē et iflationē faciēs intm̄ vt carnē in⸗
flet et dilatet·vñ q̄ eo vtūtur fiūt pulchre cu
tis·dilatata em̄ et extēſa caro luceſcit et clarifi
cat·Nigrū ē albo calidius et min⁹ huidū qđ
ad epatis opilacōnē valꝫ ſi cū apio coquat̄ et
radice et bibat̄ ius ipi⁹:auget lac et ſperma
et ꝓuocat vrinā Piſa ſcḋm Arnoldū de villa
noua i ſuo de regimie ſaītatis huōi natuē ſūt
ꝙ ſi piſa ā ācer i aq̄ dulcī rmolliat̄ p nocte et
i eadē ſeqnti die bulliat̄ duob⁹ vel trib⁹ fer⸗
uorib⁹ et tūc colet̄ et coleātura reſpuet̄·Et in
hora refectiōis parū vini albi addat̄ et modi
cū de pulue ſpicenardi et croco et paꝝ ſalis de
īde vnico feruoē bulliat̄ et det̄ i pn° mēſe ad
ſorbēdū vel ad offam·illō venas capillaēs et
vias vrinales mūdificat p̄ápue ſi piſa ł ācer
remolliant̄ et i eadē aq̄ cū petrocilino coqnt̄·
Vulgaēs nimis decipiūt̄ dicētes ꝙ dent rmol
liri i lixiuio qꝛ p illā remollicōez tota ſbna ſb
tilis appetitia p p̄mā remollicōez iā ſepat̄

De oleribus· Ca·xxix·

Nunc dicēdū eſt de olerib⁹ ſcḋm ordinēꝫ
alphabeti vt ꝓmpti⁹ poſſint inueniri
Allia ſcḋm Raſim ſunt calida et ſicca que ſi⸗
tum auferunt·libidinē efficiunt·ventoſitatem

expellũt et corpus calefaciũt. Regionib⁹ atq̃
tpibus et corpibus calidis nocumẽtũ preſtãt
que Galien⁹ tyriacã ruſticoꝝ vocat. Fetorem
allij tollũt fabe aut . lentes aſſate ſi comedant
aut ruta ſi maſticet et de ea parũ trãſglutiat.
¶ Similiter de zeduario aut menta ſiue menta-
ſtro ſi maſticet et poſt ipm parũ aceti ſumat.
Ad idẽ valet ſm Pliniũ libro decimonono. ſi
bete radice toſtam ſupederint ¶ Acetoſa ſm
Raſim calida eſt et ſicca. ventrẽ ſtringit. ſto-
machũ exaſperat. coleraq; rubeã et ſitim exti-
guit. Auicẽna. abluit os cũ ſucco ei⁹ ad den-
tem doloroſũ. ¶ Anetũ ſm Iſaac libro ſcdo:
calidũ eſt et ſiccũ ventoſitatẽ inflẽtionẽ et tu-
morẽ in vino diſſoluit: Eius rami in oleo deco
cti inflationẽ diſſoluũt laboroſa mitigãt. ſom-
num preſtant. Semen eius bibitũ vrinã ꝓ-
uocat lac augmẽtat. ventrẽ ab humorũ putre
dine mũdificat. ¶ Auicẽna. Anetũ facit ſom
num cõfert ſingultui ex mãſione cibi i ſtoma-
cho facto: aſſidua eius coneſtio debilitat viſũ.
¶ Apiũ ortẽſe ſm Iſaac vbi ſupra eſui datũ
opilationẽ aperit. vrinã ꝓuocat ventrẽ ſtrin-
git. epilenticis nocet et pregnãtibus. vñ preg
nanti aſſuete comedere ſit cauſa generandi fe-
tus in corpe puſtulas putridas et apoſtema-

J

ta· Nec debem⁹ cibū apij laudarē q̄ʒ humores
mēbroꝝ toti⁹ corpis ad ſtomachū coadunat
vn̄ ſeq̄tur vomit⁹· Semen ei⁹ eſt magis fro-
dib⁹ diureticū· Raſis vbi ſup̄· Apiū opilatio
nē apiens iſlat· luxuriā cōmouet: et malo odo
ris remediū tribuit ¶ Atriplices ſm̄ Ra-
ſim vbi ſup̄ frigidi ſūt et humidi q̄ vētrē molli-
ficātes bn̄ nutriūt et hn̄tibus epar calidū va
lent· Plini⁹ li° 2°· pluēs ex eis morbi gignūt
necnō aq̄ ſepe mutata dent coq̄: alias lentigines
et puſtulas dicit generare ¶ Baucia ſm̄ Ra-
ſim vbi ſupra calida eſt et iſlatiua q̄ difficult
digerentur· ſpermati acuitatē tribuit: vrinā q̄ʒ
expellit· Iſaac coitū iuuat et mēſtrua ꝓuocat
illaudabilē ſanguinem generat· ¶ Beta ſm̄
Plinium libro ſecūdo nigra eſt et candida·
Nigre radices pruriginē tollunt in aqua coc-
te ſuccus eius capitis dolores veteres et verti-
gines ſonitūq̄ʒ aureū ſedat· vrinā ēncit dolo
res dentum ſedat· venerē beta prouocat· con-
tra venenum valet· ¶ Borago ſm̄ Conſtan-
tinum calida et humida in primo gradu co-
leram rubeam purgat· cardiacis ſubuenit· et
colerā nigram patiēntibus in vino miſſa et po-
tui data leticiā generat· Herba etiā cruda co
meſta ſm̄ Platea· bonum ſanguinē generat·

comeſta ſm Plátea· bonū ſanguinē generat·
¶Caulis ſm Raſim vbi ſupra colerā nigraꝫ
generat· ſōnia mala videre facit· ſed guttur et
pectus lenit: vētrēqꝫ fluere facit: ⁊ ebrietatē au
fert· Iſaac· Ius caulinū bibitū ventrē ſoluit·
ſine iure vero comeſti cōſtipant· Vt ergo eius
malicia temperet̄ primū ius i eius decoctione
ꝓiciat̄ et cū bona pinguedie coquat̄ ¶Cepe
ſm Aꝟ· aceto ɔdite nec calefaciūt nec infrigi-
dāt neqꝫ ſiti faciūt ȝ adiuuāt appetitiuā· Dyaſ
cori Succus ei⁹ ſi narib⁹ imiſceat̄ optie pur
gat caput· aceto trita maculas tollit· ſōnū ꝓ-
uocat et aluū mollit ¶Cucurbita ſm Auicen
nā valet colericis: et eſt nociua melācolicis et
flegmaticis ſm· Dyaſcoridē· ſucc⁹ ei⁹ diu i ore tē
tus dolorē dentiū lenit ¶Ciminū calidū et ſic
cū eſt ſm Raſim· qđ digeſtiōi auxiliū pbet et
inflationē diſſoluit· Dyaſco· aceto mixtū men
ſtrua ſiſtit: ſāguineqꝫ ex narib⁹ potui datū l
iunctū ſtrigit: pallorē facit· Semē ei⁹ bibitū
torſiōes et iflatiōes ſaluberrime curat aq̄ mix-
tū· Iſaac coctū cū cibis iflātibus reparat eos
et occidit lūbricos bibitum ¶Feniculum ſm
Iſaac vbi ſupra· feniculi ortenſis ſemen lac-
tis eſt augmētatiuū· Opilationū epatis renū
veſice apertiuū· lapides frāngit· valetqꝫ cōtra

J

diuturnas febres·Dyaſco·cū miſcet̄ oculoꝝ
ꝯfectiōib⁹ caliginē detergit Iſopus ſm Ra
ſim vbi ſup̄ calid⁹ ē:comeſt⁹ viſus debilitati
cōfert·aſmati ꝓdeſt·atq3 vmes expellēs facit
aboꝛſū·ad digerēdū cibū adiutoriū pbet La
ctuca oꝛtēſis ſm Iſaac melioꝛ ē ceteris herbis
ad bonū ſanguinē generādū:q̄ ſi nō lauet̄ aq̄
melioꝛ ē·Cito digerit̄ vrināq3 ꝓuocat·colerā
rubeā extiguit·i ſtomacho ſāguis ebullitionē
refrigerat·vigilias patiētib⁹ ſōnū laudabilē
pꝛeſtat·ſperma et lac augmētat· Menta ſm
Iſaac calida et ſicca in ſcd̄o gd̄u ſtomachū
ꝯfortat·Appetitū irritat·abhoīatiōnē de pu=
tridis hūoꝛib⁹ āputat:ꝫ et linguā lenit aſpe
rā ſi ex ea fricet̄·Plat·cōtra fetoꝛē oꝛis ex pu
tredie gingiuaꝝ abluit̄ os cū aceto decoctio=
nis ei⁹ et poſt ex puluē mēte ſicce fricet̄ Na
ſturcū ſm Raſim vbi ſup̄ calidū exñs ſtoma
chū et epar calefacit·vētrēq3 mollificat·ac v=
mes a vētre educit,coeūdi p̄terea ſtimulat de=
ſideriū·pulmonē mūdat aſmaticq3 et groſſiciei
ſplenis ꝯfert:aboꝛſū facit Papauer vt dicit
Iſaac eſt albū et nigrū de nigro fit opiū· Al
bum laudabilius et nutribilius eſt de q̄ dicit
Dyaſco· Aſſuetis veſci papauē doꝛmitationē
obliuionēq3 ꝯgenerat·Raſis:papaueris albi

ſemen frigidū eſt et gutturi et pectori bonū ex iſtens ſonū auget. ¶ Petrocilinū ſm Iſaac calidū ē et ſiccū i fine tercij diureticū: vrinā et mēſtrua ꝓuocat vētoſitatē diſſoluēs. et h̄ facit ſemen. petrocilinū āt vt dicit Serapion: cathaplaſmatū ſup puſtulas ſcabiem ac morphea mire mūdificat. renū dolorē et veſice placat. poros corpis apiens viaſq; rarificat. vrinā et ſudorē ꝓuocat. epar mūdificat. vētoſitatē colice paſſiōis diſſoluit ¶ Porrū ſm Raſim calidū eſt et ſiccū. qd licet appetitui auxiliū pbeat caput tn̄ dolē facit. ſōniaq; mala donat et his q̄ cephalicā pati ſolēt et q̄ a caloē leduntᷣ malū exiſtit. Iſaac: poſt eiꝰ comeſtiōe lactuce portulace endiuie ſumātur vt eius calor ab ipſis tēperetᷣ. Crudū comeſtū cānales pulmōis de groſſis mūdificat humoribꝰ. epatis opilationē apent et oxireuma mitigat ¶ Portulaca ſm Raſim ſiti et aduſtionē extiguēs vētrē ſtringit et dentiū cōgelationē aufert: et his q̄ fluxū vētris ex colera rubea patiunt ſtringit. ſperma q̄ꝫ minuit. Auicēna: fricētur ex ea viruce et eradicātur ¶ Radix ſiue raphanꝰ vt ait Raſis ē calidꝰ et ſiccus: longā faciēs i ſtomacho morā. flegma īcidit: et cibū ad os eleuat ſtomachi. vomitūq; cōmouet Cuiꝰ folia cibū

digerūt et appetatiua adiuuāt qñ ex eis par
ſumit᷑. Jſaac poſt cibū ſūpt⁹ minuit vētoſita
tē et ſua gṽitate deſcēdē facit. ¶Dyaſco. radix
ſūpta cū ſale copiaꝫ lactis dat. vrinā et menſ-
ſtrua ꝓuocat deti cōcauo ipoſita zinzibē frica-
to dolorē ei⁹ mirē ſedat ¶Rapa ſm Jſaac cali
da i ſcdo: humida i pmo plus ceteris herb̄ nutrit
dure tñ digerit᷑. mollē et iflatā carnē facit. coi
tū ſuſcitat. ſp rma augmētat. Plini⁹ li.° ſcdo
Rapa cocta frigus pellit e pedib⁹. Cōmētator
q̄nto collectorii. rapa hēt mirabilē ꝓꝓetatē ad
illuiandū ¶Ruta ſm Jſaac valet ad digerē-
dum: qꝛ v̓tutē habet groſſos et viſcoſos hu
mores expellendi. ventoſitatē diſſoluit. ventrē
humectat. Auicēna: ipſa remouet odorē allij
et ceparū. acuit viſum. deñcit coitus deſideriū.
¶Saluia ſm Dyaſcoridē: mēſtruis imperat
aborſum facit. Elixatura virgarū et foliorum
eius nature puriginem cōpeſcit. Succus fo-
liorum eius denigrat capillos. Macer. trita.
venenatos curat ſuperaddita morſu. ¶Spi-
nacia ſunt temperata gutturi necnō pulmoni
atqꝫ ſtomacho cōgrua. ventrem leniunt: quo-
rum nutrimentū bonum et optimum exiſtit.
¶Tubera ſm Raſim frigida ſunt et groſſa
flegma quoqꝫ crudum generāt. Que autem

ex eis rubore͂ hn̄t mala ſūt: q̄rū comeſtio coli-
cā generat: neq̃ etiā abſq̃ calidis comedenda
ſūt cōdimētis. Fūgi āt tuberib⁹ ſūt valde dete-
riores q̄rū q̄dā hoiem ſtrangulāt et occidūt.
Qui āt ex ipis boni ſūt in corpe generāt fleg-
ma. Iſaac mortiferoꝝ ſūt ſigna h̄. ſ. mollicies
viſcoſitas et groſſitudo q̄ ſi p mediū ſcīdāt
et vſq̃ i mane dimittāt ſtati putridi iueniūt

De fructibus. Ca. xxx.

GAlienus pater meus q̄a nō comedit
fructus in tota vita ſua manſit incolu-
mis: quo mortuo | ego incepi comedere fruct⁹
acciderūt mihi multe egritudines et cronice.
Poſtq̄ aūt abſtinui a fructib⁹ recētibus nō
euenit mihi niſi effimera. Et amici mei q̄ mihi
crediderūt abſtinuerūt a fructib⁹ recētib⁹ et
in ſua vita egritudines nō ſenſerūt. Ficus
ſm Raſim renis ab arenis mūdificant cū ſint
recentes ventre͂ inflant et leniūt: humore͂ creā-
tes nō malū. Sicce vero multū nutriūt et cale-
faciunt. quarū multus vſus pruritū et pedicu-
los creat: ventre͂ quoq̃ leniūt quādo an̄ abū
ſumūtur. Et de illis dicit Iſaac libro ſcdo q̄
ſi ſtomachū bene mūdificatū inueniūt ab hu-
moribus bene digerūtur. Sanguine͂ bonum
creant. pectus mūdificant et pulmone͂. renes

atq3 veſicas' ſi ea q̂s ieiun⁹ mādu cet ¶Dacti
li vt ibidē dicit calidi ſūt et groſſu3 dāt nutrimē
tū:q̄ ſi i comeſtiōe ſepe capiant̄ ſāguinē in ite
rioꝛib⁹ generāt groſſū dētes coꝛrūpūt et fleg
ma ac ſāguinē accreſcē faciūt. Jſaac li° 2° Da
ctili calidi et hūidi i ſcd̄o ſ̄caib⁹ digeſtibilio=
res ſūt et magis vrinā ꝓuocāt. ꝫ illis aſſueſ=
centes epatis et ſplenis duritiē et tumoꝛē pa
tiūtur ¶Vue vt ibidē dicit Raſis mlt̄ū dulces
calide ſūt:minoꝛis tn̄ caliditatis q̄ꝫ dactili:nec
opilationē vt illi faciūt. iflatiue v̉o ſūt:et mul
tū nocēt. coꝛp⁹ velocit̄ ipinguāt. virge q̊3 ere
ctionē augmētāt. Que āt ex eis corticē hn̄t ſb̉
tilem citius deſcēdūt minuſq3 inflāt. et ecōtra=
rio. Jlle v̉o in q̇bus ē acetoſitas nō calefaciūt
immo aqua frigida ablute et an̄ cibū come=
ſte caloꝛē q̄ñ extingunt. Acerbe vero vue frigi
de ſūt que ventrē ſtringūt. et colerā rubeam re=
primūt ac ſanguinē. ¶Vue aūt paſſe i caloꝛe
ſunt tēperate:q̄ bene nutrientes opilationē vt
dactili nō faciūt:licet foꝛtius et plus nutriāt.
¶Malogranata dulcia ſ̄m Raſim nō infrigi
daut. ꝫ inflationē et ſitim faciūt atq3 guttur.
leniūt. Acetoſa v̉o pectoꝛis aſperitatē faciūt
ſtomachū q̊3 et epar inflant:tn̄ ſemp colera3
rubeam ac ſanguinis caloꝛē extinguētia ſunt.

febrē repmūt et vomitū· Iſaac āt vbi ſup̄ di=
cit ꝙ malogranata magis medicīe cōpetūt ꝙ̄
eſui· Nutrimētū em̄ puū licet bonū p̄ſtāt. Ma
logranati acetoſi ē humoꝝ acumē extīguere ꝛ
ſtomachū cōfortaē· Oculis āt ictinicoꝝ ſucc⁹
eius inſtillat⁹ citrinū ab eis eiicit ¶ Citonia
ſ̄m Raſim ſiue dulcia ſiue acetoſa ſtomachū
robuſtū efficiūt: maxīe āt acetoſa· appetitū in
ſup excitāt· vētrē ſtringūt· Hec ſi poſt cibū co
medāt̄ ſterc⁹ cito deſcēdē faciūt et a vētre eii=
ciūt· Añ cibū āt ſi comedātur totū illud ꝓhi=
bēt· Acetoſa vͦo i vētris ꝯſtrictionē ſūt fortio
ra ¶ Pira ſ̄m Galienū añ cibū ſūpta ꝯſtipāt
poſt vͦo ſoluūt Pira q̄ mltū ſūt dulcia nō iflāt
oia tn̄ vētrē ꝯſtringūt ſi nō poſt cibū comedā
tur· Sic em̄ comeſta cito expellūt ꝛ poſt expul
ſionē eoꝝ eſt vētrē ſtrigere· Iſaac vbi ſupra:
Pira dulcia tpata ſūt et ſi cū ſūgis coq̄nt̄ oēꝫ
eoꝝ auferūt terſionē p̄cipue ſilueſtria ꝓpter
ſuā pōticitatē· ¶ Poma ſ̄m Raſim vbi ſupra
frigida ſūt: et acetoſiora ſūt magis ſtringētia
Que licet ori cōgruāt ſtomachi: ip̄m tn̄ viſco
ſitatib⁹ replent· Auicēna· Poma cōfortāt cor
ꝓprie odorifera· Aſſata i paſta cōferūt pauci=
tati appetitus: aſſiduatio comeſtiōis eoꝝ faci

euenire caloꝛē neruoꝝ ¶ Perſica ſm Auicēnā ſi matura: ſūt ſtomacho bona et faciūt appetitū cibis et opꝫtet vt nō comedātur poſt aliū cibū q̄nīa coꝛrūpunt ipm Sed p̄cedāt an cibū et ea q ſicca ſūt tarde digeſtionis ſūt et nō ſūt boni cꝑuis plurimi nutrimēti. Iſaac vbi ſup̄ maioꝛa perſica ſi matura ſūt ventrē molliunt. immatura vero ventrē ſtringunt. Minoꝛa vero q latini p̄cocia dicūt ſtomacho bona ſūt et faſtidiū tollunt. ¶ Meſpila ſm Iſaac vbi ſupra frigida et ſicca ſūt in pꝛimo gradu: cōfoꝛtant ſtomachū: colericā egeſtionē auferūt et vomitū. vrinā ꝓuocant. que ante cibū ſūpta melioꝛa ſunt: cōfoꝛtant ſtomachū: cuiuſqȝ neruoſitati nō nocēt: Dyaſcoꝛides: ſūt qui ea dicūt dentibꝰ multū ſubuenire ſi in eoꝝ doloē māducātur. ¶ Pomū citrinū ſm Auicennā eius coꝛtex bonū efficit odoꝛē in oꝛe retētus. Eius acetoſitas valet īpetigini linita. Eius decoctio bonū reddit coloꝛē et impinguatiua eſt coꝛporis. ¶ Moꝛa matura et dulcia ſm Iſaac ventrem humectāt: a ſtomacho cito educūtur. vrinā ꝓuocāt. A ieiunis accepta ī aqua frigida ſūt valde īfrigidatia. ſiti auferūt. incēſionē caloris extiguūt ¶ Pruma ſm Iſaac vbi ſup̄ ſūt duplicia. Alba q dure ſūt digeſtiōis: nocina

ſtomacho· Nigra domeſtica natuā ſtomachū
humectāt et molliūt vētrē: colerā rubeā abſcidūt
Si tñ ſepe ſumātur ſtomacho nocēt· an̄ cibū
min⁹ nocēt ¶ Ceraſa ſcḋm Jſaac cōuertibilia
ſūt· groſſuʒ flegma generāt et viſcoſū in cōca
uitate epatis et ſplenis: iō diuturne ſūt cā fe-
bris i oībus mōis ſūt peſſima Jdeo an̄ cibū ſu
mi dēnt· ſtomacho pleno i ſupiorib⁹ natāt et
in putredinē vṫunt̄ ¶ Amigdala ſcḋm Raſim
vbi ſup̈ in caloē ſūt tp̱ato: q̄ licet lenitatē gut
turis faciāt g̈uia tñ ſūt ſtomacho diuqʒ imo-
rātur· Opilationē aperiūt atqʒ vrine cedāt ar
dorē et cū zucaro comeſte ſperma augmentāt·
Amigdale amaē ſcḋm Jſaac ſūt calide et ſicce
i fine ſcḋi q̄ extenuāt et ꝯfortāt: ſūtqʒ diureti-
ce et groſſoꝝ et viſcoſoꝝ humoꝝ diſſolutiue·
Vñ et pect⁹ mūdificāt et pulmonē a fleḡmaticis
hūorib⁹ et opilationē epatis et ſplenis ape-
riūt ¶ Nuces ſcḋm Jſaac coleicās et calidū ha
bētib⁹ ſtomachū i coleicos et fumoſos vṫunt̄
hūores: capitiſqʒ dolorē et vͦtiginē faciūt· Sʒ
vt ab eis oīe nocumentū auferat̄ oportet mū
dare et p̱ noctē in aqua calida poni et idē hu
miditatē ſibi mutuēt· Dyaſco· Nuces due cū
caricās duab⁹ et· xx· rute foliis addito grano
ſalis parit̄ cōterāt̄ nulloqʒ veneno q̄s opp̄mi

J

potent qui id ieiunꝰ ſūpſerit ¶Auellane ſm Raſim mīnꝰ calide ſūt nucibꝰ grauioreſq3 exiſtūt q̄ a ſcorpiōis pūctura liberāt. Serapion qñ auellane aſſant᷑ et comedūt᷑ cū modico pipere maturāt catarrū ¶Caſtanie ſm Cōſtātinū īflatiue ſūt. coitū mouēt. mltū nutrimētū preſtāt: digeſtiōis dure ſūt ſm Iſaac aſſari eos optet vt ab eis nocumētū auferat᷑ et eaꝝ corpus rarificet᷑. Que etiā pectois et corpis ſiccitatem tēperant et vrine difficultatē diſſoluūt.

Glās ſm Iſaac ē digeſtioni iobediēs. vētrē ↄſtipat: ſȝ ꝓuocat vrinā. corpis tñ ſūt glādes nutritiue Que ſi terāt᷑ et eaꝝ puluis vulue imittat᷑ hūores putridos ab illa fluētes exiccat

## De ſpeciebꝰ aromaticis.

### De pipere. Ca. xxxi.

PIper ſm Raſim vbi ſūp: cibū bene digerit et ventoſitatē diſſoluit: vehementer calidū exiſtens ſtomachū et epar calefacit. corpora habētibus calida maxime in eſtate nocet ¶Zinziber ſm eūdē eſt calidū et humidū qd et cibum digerit: ſtomacho ac epati frigidis valet. Obſcuritati oculoꝝ ex humiditate auxiliū prebet ſm Auicēnā augmētat memoriā abſtergit humiditatē capitis et gutturis ¶Zeduarū ſm Auicēnā ē tiriaca oim ve

nenorum ſm Conſtantinū inflatiuā ventoſitatē
diſſoluit ſtomachūqȝ ↄfortat: appetitū excitat
fetorē odoris ꝓpter allia amputat: et ſm Ma
crobiū vini bibiti depellit ardorē ¶ Galanga
ſm Auicēnā calida ē et ſicca: reſoluit vētoſita
tes· odorē oris efficit bonū: ſtomachoqȝ cōfert
eſtqȝ cibi digeſtiuū· colice cōfert· iuuat coitū·
dolori renū ꝓdeſt ¶ Gariofili ſm Auicēnā ca
lidi et ſicci i terco g°du corporis odorē bonū effi
ciūt· viſū acuūt· ↄferūt pāno ſtomacho et epa
ti ¶ Cinamomū ſm Raſim calidū eſt et ſiccū
qd ſtomachū et epar roborādo digeſtiuā ad
iuuat et vētoſitatē expellit· Iſaac· opilatiōes
aperit: vrinā et mēſtrua ꝓuocat ¶ Crocus ſm
Iſaac vbi ſup̈ calidus et ſiccus in primo· ſtoma
chū ↄfortat: epatis opilationē aperit· anheli
tuoſos iuuat· mēbra debilia cōfortat· Raſis i
almāſoris· fuit mulier q laborauit diu i partu
et nō potuit parē et dedi ſibi· ȝ· i· croci et ſtati pe
perit: et expertus ſū hoc ſepe Et qn ponit i vino leti
ficat excellēti leticia· Plinius li° 2° Qui croci
ꝑus biberit crapulā nō ſētiet: corone qȝ ex eo
mulcēt ebetatē ¶ Carui ſm Cōſtātinū calidū
eſt et ſiccū i terco g°du: vētoſitatē diſſoluit ſto
machū corroborat lūbricos occidit: digeſtio
nē iuuat vrinā ꝓuocat ¶ De ciminio vide ſup̈

J

## De cõdimentis.

De ſinapi·ſale·aceto·melle·et oleo· C·xxxij

Sinape calidũ eſt et ſiccũ in medio q̃rti gradus·hũiditatẽ capitis et ſtomachi deſiccat· Auicẽna·dicit q̃dã q̃ bibitũ a ieiuno ĩtellcm̃ bonũ p̃ſtat:mũdificat etiã hũores capitis·Plini⁹ in li° 2°·Calculos diſcutit ex aceto paratũ Sal ſm Raſim calidũ ẽ et ſiccũ qđ cibis auferẽs nocumẽtũ faſtidiendi guſtũ ſbtiliat atq3 appetitũ excitat et acuit· Preterea ſãguinẽ q̃ mltã ex ſale fuit q̃ntitatẽ adurit viſũq3 debilitat·ſperma minuit et pruritũ generat Acetũ ſm eũdẽ frigidũ ẽ et ſiccũ:qđ et maciẽ efficit v̉tutẽ deſtruit ſpermaq3 minuit· corroborat nigrã colerã rubeã v̉o et ſãguinẽ debilitat·Ciboſq3 q̃b⁹ admiſcet̃ ſbtiliat Mel vt dicit Iſaac li·2°·calidũ ẽ et ſiccũ i ſcđo qđ corpoꝝ icidit cachecíã de ĩterioꝛib⁹ corpoꝝ malorũ humoꝝ copiã p cutis poros abiicit·venarũq3 ſordes optĩe detergit et ideo frigidis et humidis natura cõuenit p̃cipue ſenib⁹· Calidis aũt eſt diſcõueniẽs q2 in humores colericos mutat̃·Si vero mutat̃ in calorẽ ſãguineũ eũ facit calidiorẽ· Et ita mel crudũ mãducãtibus vẽtoſitatẽ et iflationẽ gñat:aſperitatẽ pectoris augmẽtat·vomitũ ⁊ egeſtionẽ ꝓuocat

¶Oleū oliue vt ait Pliniꝰ li° q̄rto·Oē corpꝰ
oleo mollit᷑:vigorē et robur accipit:oīa vene
na cohibet·tormēta pellit:vētris aluū ſoluit·fa
ciē purgat iflationē ſedat·oculoꝝ claritati cō
fert·capitis dolonbꝰ medet᷑ et ardoribꝰ i febri
¶Oleū nucū ſm Raſim vehemēter calidū ē et
diſſolutiuū exiſtit Qd ſm Auicēnā ꝯpetit her
peti et herisipule et fiſtulis i pte oculi ¶Oleū
amigdalinū ſm Raſim tpatū ē qd pectori et
pulmoni necnō veſice et renibꝰ auxiliū pſtat
faſtidiū tñ facit:tardeq3 deſcēdit:ſm Dyaſco.
maculas i facie tollit:admixtū melli cicatrices
vulneꝝ planat·caligies oculoꝝ detergit·fur=
fures emēdat ¶Oleū papaueris iudicādū vi=
det᷑ ſm naturā papaueris ſuppoſitā· Et ſic fini
nat᷑ p̄miꝰ lib de natuis reꝝ q̄ i mēſa comedūt᷑
vel bibunt᷑ ſicut a melioribꝰ doctoribꝰ breui=
ter collegi.

## Incipit Liber ſecūdus.

Expeditis his q̄ de na=
turis rerū in menſa ad edendū
vel bibēdū ꝓponunt᷑ Nūc ſecū
do ponēda ſūt aliq̄ de moribꝰ
et cōditiōibꝰ illoꝝ qbꝰ i mēſa ſociām· Quia

dicit Macrobi⁹ iij· ſaturnaliũ ¶Nihil tã ɔgna
tũ eſt ſapiẽ ꝙ locis et tpib⁹ aptare ſmones:
pſonaꝝ q̃ aderũt eſtimacõe in mediũ vocata·
Alios eñ relata iuitabũt exẽpla v̾tutũ· alios
bñficioꝝ: nõnullos modeſtie· vt qui alit̾ age=
bãt auditis talib⁹/ad emẽdacõnẽ veniãt· De
his q̃bus ĩ mẽſa iugiter ſm antiq̃rũ dicta ali=
q̃d breuit̾ ẽ dicẽdũ, icipiẽdo a dignioribꝰ

¶ De impatoribus· ¶ Ca·j·

Et prĩo de impatorib⁹ quo aliq̃ in mẽ
ſa fuerint valde frugales: ſicut refert
Suetoni⁹ de Julio impatore libro de·xij·ce=
ceſarib⁹ dicẽs· Juliũ ceſarẽ vini parſſimũ nec
ĩmiciã negauerit· Circa victũ idifferẽs· Apud
q̃ndã hoſpitẽ cõditũ oleũ ꝓ viridi appoſitũ a
ſpernãtib⁹ ceteris ſol⁹ largi⁹ appetiuit· ne ho=
ſpitẽ ãt ruſticitatis q̃ auaricie arguẽ videret̾·
Itẽ ibidẽ de Auguſto ait Auguſtus cibi erat
minimi: vini q̃o parſſim⁹· Nõ ãpli⁹ eñ bibẽ
ſup cenã ſolit⁹ erat ꝙ ter· Nec temẽ int̾dũ bi
bit ſʒ ꝓ potu ſũebãt ꝓfuſũ aq̃ frigida panẽ q̃
cucumeris fructũ q̃ recẽs aridũ ve pomũ ſucci
vinoſioris· In geſtis romanoꝝ d̾r ꝙ Augu=
ſtus minimi cibi erat Nã vulgarẽ panẽ et piſ
ciculos minutos q̃ caſeũ bubalinũ manu pſſuꝫ
q̃ fic⁹ virides appetebat: veſci q̃ʒ q̃cũqʒ loco et

tpe ſtomachꝰ deſiderabat Helinādus de in
ſtitutiōe pn̄cipū dicit· Juliꝰ ceſar piſtorē i vi
cula cōiecit qꝛ ſibi meliorē panē ꝙ militibus
ipoſuerat Quo cōtra Suetoniꝰ vbi ſupra
Tiberius impator prio frugaliſſimꝰ poſt ſic
guloſus ē factꝰ: vt ꝑ tiberio biberiꝰ: ꝑ claudio
caldius: ꝑ nerone mero vocaret· Vn̄ cū pōpo-
nio flacco et piſone noctē cōuiuiūqꝫ biduū e-
pulādo et bibēdo ꝯſumētibꝰ· alteri ꝓuinciā ſy
rie· alteri p̄fecturā detulit· Cuidā etiā boletos
ac ficedulas offerēti magis cōtulerit De Vi
tellio etiā impatorē refert Egeſippꝰ de excidio
hieruſalē libro q̄rto· Qui cū inſidijs q̄reret in
terea epulabat̄ ne amitteret futuri obꝓbrij
gloriā· rapit̄ e cōuiuio: inſultat̄: morit̄ i medio
vrbis vna ſimul ſāguinē fūdēs et crapulā eru
ctans q̄ ſi diutiꝰ vixiſſet luxurie ſūptibꝰ et pre
ciū mēſaꝝ romani iperij opes obliguriſſet· De
niqꝫ octo mēſibꝰ et diebꝰ q̄nqꝫ iperabat etiā
Roma eius edacitate defecerat

De regibus· Ca·ij·

FRontinꝰ ſtrategematon libro q̄rto ca·
ſcdo dicit de Alexādro rege ꝙ i itinere
ambulans veſci pane accepto ſolitus erat·
Idem libro q̄rto ca·vij· Alexander macedo
deſerta africe itinera grauiſſima trāſiens ſitim

cū ſuo exercitu affect⁹: oblatā ſibi a milite ī galea aquā ſpectātib⁹ vniuſis effudit vtilior exēplo ꝙ ſi cōmunicare potuiſſet. Helinandus vbi ſupra. Piſo cū romulū ad cenā vocatū nō multū bibiſſe videret ait O romule ſi oīes ſic facerēt vinū vilius eſſet: immo inqt carū ſi ꝙ quiſqȝ vellet bibat. Valerius li° v. ca. vi. Alexander rex qdā tpe hyemali tēpeſtate depulſus ſenio iam cōfectū macedonē militē in nimio frigore obſtupefactū ipē ſublimi cella et igni ꝓpinq ſedēs Illis manib⁹ qbus opes dare aſſueuerat corp⁹ frigore duplicatū i ſua ſede repoſuit Quid igit' mirū ſub eo duce tot ānis militare iocundū ducebāt cui gregarii militis icolumitas ꝓprio faſtigio carior erat. Ibidē Pirrus rex quoſdā i cōuiuio tarētinorū audiuit min⁹ honoratū ſermonē de ſe habuiſſe. A quodā qſiuit ſi talia dixiſſet. Tunc ex his vnus: niſi nobis vinū defuiſſet ita que relata ſūt his que dicturi eram⁹ ludus et iocus fuiſſent. Tam vrbana crapule excuſatio tam ſimplex veritatis ꝯfeſſio irā regis cōuertit in riſum Qua quidem clementia aſſecutus eſt vt ſobrii ſibi tarentini gratias agerent et ebrii bene precarentur.

De principibus Ca. iii.

PLutarcus ad tyrianū de īſtitucōne pn
cipum. Plato inq̄t cū ſubditos oppri-
munt magnates idē eſt ac ſi caput cor-
poris itumeſcat vt a mēbris oīno aut ſine in
genti moleſtia ferri nō poſſit. Itē cū in ſubdi-
tos ſeuit poteſtas idē eſt ac ſi pupillū tutor p
ſeq̄tur vel eū ſuo mucrone iugulet q̄ ſibi ad de
fenſionē ſui gladiū dedit. Helināndus li. de in
ſtitucōne pncipū Princeps ſicut medic9 nūq̄
debet vti grauib9 remedijs niſi cū leuiū bñficō
deſideāta ſaītas deſpat̄ Vñ Luca9. pncipē opor
tet eē ſenē morib9 et q̄ moderātiora ɔſilia ſeq̄-
tur et vicē gerē medicoꝝ q̄ morbos curāt nūc
exīanicōe i repletis nūc refectiōe ī vacuis. Et
dolorē ſedant nūc cauterio nūc fomētis: et ita
ponit iſtos v̄ſus. Sit piger ad penā pnceps
ad pmia velox. Et doleat q̄ciēs cogit̄ eē ferox.
Ariſtoteles iij. poli. Qui iubet itellectui pnci-
pari videt̄ iubē pncipari deū et leges. Qui āt
hoīem iubet: iubet et beſtiā. Qñ eñ furor et cō-
cupiſcētia pncipāt̄ tādē et optios viros interi
mēt ꝓpt̄ q̄d ſine appetitu itellect9 lex ē Ve
geti9 de re militari li. i. ca. i. Neq3 quēq̄ decet
magis meliora ſcire ꝉ plura pncipē cui9 doctri
na oībus pt ꝓdeſſe ſbiectis. dent igit̄ ſtodio
ſapiētie inſiſtere principes.

I

De pontificib⁹ gentiliū Ca·iiij·

Valerius li·v·ca·v·Oratius pulmill⁹ cū optio Joui maximā edē pōtifex cōsecraret et in pnūciatiōe solēniū v̄boꝝ postē tenēs filiū mortuū audi·et·nec manū a poste retraxit nec vultū a publica religiōe ad puatū dolorē reflexit· Ne magis pris ꝙ pncipis ptes agere videt̄ Ibidē Xenofon cū solēne sacrifitiū pagere videret̄ et pageret: filiū suū maiorē in plio cecidisse audiuit: tm̄ coronā deponē cōtētus ē·pcontās q̄ nā mō corruisset: vt audiuit fortissiē pūgnātē: coronā capiti reposuit· Testatus se maiorē ex filij v̄tute voluptatē ꝙ ex morte amaritudinē sētire Hieronim⁹ cōtra Jouinianū li° 2°·Hemon vix stoycus refert de vita ātiqrū sacerdotū egipti ꝙ oib⁹ negocijs mūdi curisqȝ postpositis in tēplo semp fuerūt naturas rerū et siderū cōtēplādo· Nun ꝙ se mulierib⁹ miscuer̄t vel cog̃tos v̄l liberos viderūt ex eo tpe q̄ cepissent diuino cultui seruire· A carnib⁹ et vino abstinuerūt maxime ꝑt appetitū libidīs q̄ ex his cibis et hac potatione nascit̄·Pane raro vescebant̄·Oleū tn̄ in olerib⁹ nouerāt et ipi⁹ modico ꝑpter nauseā et asperitatē gustus leniēdā vsi sūt Quid loq̃r de volatilib⁹ dū ouū ꝑ carne vitauerūt

et lac: q̄rū alterū carnes liq̄das alterū ſāguinē̄ eſſe dicebāt colore mutato Scabellū p̄ pului nari capiti ſupponebāt bidui triduiq3 ī ediā ſuſtinētes. Ariſtoteles vij. poli. Sacerdotes curāt q̄ circa deos et q̄ circa ſacra vt edificia ex iſtētia ſaluent̄ et decidētia erigant̄ et alia ſiūt ordiata ad dotes et ita honorāt̄. Vocāt āt hū q̄dā ſacerdotes p̄ncipes hij āt reges. hij vero p̄tātes vel ꝑpoſitos et p̄ceptorēs Ecce ſi pōtifices et ſacerdotes gentiliū tāte fuerūt religionis abſtinētie et ſcitatis q̄les debēt eſſe xp̄ianorum.

De nobilibus. Ca. v.

Tullius de ſenectute. Cū q̄dā Dereſius te miſtodi iurgio dixiſſet: nō eū ſua ſꝫ patrie glīa ſplēdorē aſſecutū eē nec hēre: inq̄t. Si ego Derſius ignobilis eēm nec tu ſi athenieſis eēs inq̄ꝑ clarus fuiſſes Cecilius balbus de nugis philoſophorū. Cū q̄dā de patricio genē factus īferior. Epami mūdo ignobilitatē gnr̄is obicēt. Gaudeo inq̄t q2 ego ex me ſurrexi: tu vō ex te cecidiſti ābo q3 nr̄i ſum⁹ dec⁹ et dedec⁹ Saluſtius in iugurtā ī orōe. Marii cū q̄dā de ſua ignobilitate īſultaēt ait: quāq̄ꝑ vnā naturā hēm⁹ cōem vt exiſtimo ſc3 vnūquēq3 fortiſſimū eſſe et generoſiſſimū: q̄ ſi fortaſſe me iure deſpiciūt faciūt idē morib⁹ ſuis q̄bus vti mihi

I

ex virtute nobilitas cepit· Inuidēt honori in-
uideāt labori et inocētie et periculis meis· qm̄
ꝑ hec illū cepi· Nūc videte ꝙ iniq̄ sūt qđ ſibi
ex aliena v͛tute errogāt: id mihi ex mea nō cō
cedūt· Quia imagines nō habeo ꝗ mea noua
mihi ē nobilitas quā melius eſt peperiſſe ꝙ ꝑ
tā corrupiſſe· Me q̄de ex aīmi mei ſnīa orō nul
la ledere p̄t· Vera q̄ppe neceſſe ē bn̄ ꝑdicēt· fal-
ſa vita mea moreſqꝫ mei ſupant· haſta vexil-
lū falera et alia militaria dona cicatrices adu-
ſo corpe· Hec ſūt imagines mee ſꝫ nobilitas
mea nō hereditate relicta vt illis: ſꝫ meis plu-
ribus laborib⁹ et piculis adq̄ſita· Vn̄ bn̄ ait
Juuenalis· Malo pr̄ tibi ſit terſites: dūmō tu
ſis Eacide ſimilis vulcaniaqꝫ arma capeſcas·
Quā te terſite ſilem ꝑducat achilles Alb-
tus ſup p̄mū ethicoꝝ· Dyocleſian⁹ impator
q̄ gubnabat ſtrēnue rē publicā: ex paſtorib⁹
tn̄ legit̄ eſſe aſſūptus· Ille enī generoſus qui
ad virtutē bene a natura eſt ꝯpoſitus ait Se-
neca epiſtola· xxv·

De militibus· Ca· vi·

Valeri⁹ li· iij· ca· ii· Cū Cēturio diui au-
guſti cū Anthonio ſepe excellētes pug-
nas edidiſſꝫ· tādē iſidijs circūuēt⁹ ad ātboniū

in Alexandriã eſt pductus· Interrogatꝰ q̃d
iã de eo ſtatui iuberet· Jugulare inq̃t me iube:
q2 neq3 ſalutis bñficio neq3 mortis ſupplicio
adduci poſſũ vt ceſaris miles eē deſinã et tuus
eē icipiã· Ceteꝝ q̃ cõſtãtiꝰ vitã cõtẽpſit eo fa:
ciliꝰ ipetrauit· Anthoniꝰ em̃ v̓tuti eiꝰ icolumita:
tē tribuit ¶ Frõtinꝰ ſtrategematõ li·iiij·ca·i·
Flacco et vrone cõſulibꝰ milites pm̃o iureiu:
rãdo facti ſũt: añ em̃ a tribunis regebãtur· Ce
terũ ipi int̃ ſe fuge ꝗ̃ formidis cã nõ abituros
neq3 ex ordie receſſuros niſi teli petẽdi feriẽdi
vel hoſtis aut ſeruãdi ciuis cã ¶ Helinãdꝰ vbi
ſup̃· nri ãt milites ſic ad bella q̃ſi ad nuptias
deãbulãt· i conuiuijs em̃ eſt ſmo de armis: i ca:
ſtris de cõuiuijs ¶ Valeriꝰ li·ij·ca·i· Diſcipli:
na militaris acriter itẽta pncipatũ ytalie roma
no iperio peperit· Multaꝝ vrbiũ mgnoꝝ regũ
validiſſimaꝝ gentiũ regnũ largita eſt: fauces
ponti ſinus patefecit· Alpiũ thauriq3 montis
cõuulſa clauſtro tradidit· ¶ Ibide Clearcus la
cedemoniorũ dux egregie dixit ideq3 ſepe exer
citus auribꝰ iculcãdo a militibꝰ impatorē po
tius q̃ꝑ hoſtem timeri debere·

## De armigeris· Ca·vij·

H Egetiꝰ de re militari li·i·ca·iiij· Nõ tã
celerius ꝫ pfectius ſciũtur q̃ diſcunt̃ a

puerıs. Deinde milıtaıs alacrıtas ſaltꝰ et cur
ſus añ tẽptãdus q̃ꝑ corpꝰ etate pıgreſcat. Ve
locitas em̃ ẽ q̃ ꝑcepto exercitio ſtrenuũ effıcıt bel
latorẽ. Nã talıt̃ inſtituto pũgnaẽ aduſus hoſ
tes in acie formido nõ erit ſʒ voluptas. Ibidẽ
ca. iiij. Nõ credo dubitaı poſſe ruſticã plebẽ ar-
mis aptiorẽ q̃ ſub diuo et ı laboẽ nutrit̃: ſol
patiẽs: vmbre negligẽs. balneoꝶ neſcia. deli-
ciaꝶ igñra. ſimplicis aı̃ıı. puo cõtẽta. duratis
ad oẽʒ laboꝶ tolerãtıã mẽbris. geſtare ferrũ.
foſſaʒ cõducẽ. onus ferre de rure ↄſuetudo eſt
et ſolẽ puluerẽqʒ ferre nõ timẽt. Ex agris gͦ
ſupplẽdũ robur p̃cipue videt̃. Neſcio em̃ q̃uo
nimis mortẽ timet q̃ nı̃nꝰ deliciaꝶ nouit ı vi
ta. Tales igit̃ ad bella exercitãdi ſũt. Ibidẽ li.
i. ca. i. Nulla re alia videmꝰ ꝑplos Romanos
orbẽ ſubegiſſe terraꝶ niſi aı̃ıoꝶ exercitio diſci-
plina caſtroꝶ atqʒ milıtie et ita ꝓfuit. oportʒ
ergo tyronẽ ſolertẽ eligẽ et q̊tidiano exerci-
tio roboraẽ. ſciẽtia em̃ rei bellice dimicãdi nut
tit audaciã. Nemo em̃ facere metuit qͦd ſe bñ
didiciſſe cõfidit. Etem̃ in certamı̃e belloꝶ pau
citas exercitata ad victoriã ꝓnior eſt. Rudis et
indocta multitudo ſemꝑ expoſita eſt ad cedem.
Frontinꝰ vbi ſup̃ li. iiij. ca. ij. Alexand̃ mace
do cũ paucis a Philippo prẽ bellice diſcipline

aſſuefactis orbē terrarū aggreſſus innūeras hoſtiū copias ſtrauit.

De bellatoribus Ca.viij.

ARiſtotiles.vij.poli. Multe ciuitates bellantes ſaluātur. poſtq̄ āt obtinuerūt principatū pereunt: rubiginē eñ cōtrahunt ſicut ferrū pacē ducentes ¶Valerius li.ij.ca.vi. Leliū acticiū dentatū centies et vigeſies in acies deſcēdiſſe tradūt eo robore aīmi atq̄ corporis vtentē vt maiorē victorie ptē ſp traxiſſe videt̄ ¶Ibidē li.v.ca.viij. Quidā ſibi digitos ſiniſtre man⁹ abſcidit ne bello italico militar3 Senat⁹ publicatis bonis eius: et ipſis vincualis cēſuit eē puniēdū. effecitq̄ vt ſpm̄ quē in acie honeſte pfūdere noluit: ī cathenis turpit̄ cōſumeret ¶Frōtinus vbi ſup̄ li.i.ca.ix. Seruius adoleſcens p̄lio q̄ rex Tarq̄nus aduſus Sabinos ɔflixit: ſigniferis ſegni⁹ dimicātibus raptū ſignū ī hoſtes miſit. Cui⁹ recuperādi grā Romani ita ardēter pugnauerūt q̄ et ſignū et victoriā retulerūt ¶Ibidē: Macili⁹ cōſul bello ſānitico ex acie fugiētibus ī caſtꝝ militib⁹ aciē ſuoꝝ oppoſuit: affirmās ſe cū bōis ciuib⁹ eē pugṫuros niſi cū hoſtib⁹ maluiſſent ea ratiōe vniuerſos in aciē reduxit.

De philoſophis et oratoribus. Ca.ix.

Rchiterētin? li. vi. Ariſtippus philoſo
phus ſocraticus cū per naufragiū ad
litt? Rodien̄. fuiſſet eiect?: et ibi figuras geo
metricas i ſabulo vidiſſʒ: ad ſocios p̄gaudio
exclamauit. bn̄ ſperem?: hoīm em̄ veſtigia vi=
deo. Statiqʒ oppidū Rodiū cōſcēdit et ibi in
gȳnaſio cū phie pfeſſorib? diſputās donat?
ē mltis mōis mūerib?: vt nō tm̄ ſe ornaēt ꝫ ei
his q̄ ſecū erāt veſtimēta p̄beret et cetera vite
neccāria exhibēt. Cū āt ſocij i patriā redie vel
lent: req̄rētib? q̄d domi renūciarēt Dicite inq̄t
cū i patriā redientis poſſeſſiōes et viatica pa=
ri liberos optere: q̄ a naufragio cū ipis euade
tibus poſſint euadē. nec belli vaſtatione. nec
fortune mutatiōe q̄ntūcūqʒ adūſa poſſint au=
ferri. Ecce philoſophicū ſimul et ſalutiferꝝ do
cumētū hortās ad ſapiām poti? q̄p ad pecuniā
adq̄rendā Euſtachi? ſup p̄rio ethicoꝝ. A=
pud vetēs i pace ciuitatū viri illuſtres politi=
ci de ſūptib? cōib? puidebāt ſtudētib? i phia
vt ab omī ſolliciutudie nudi intēderēt ſpecula
tioni Hermes termegiſtus li. ij. de cōſtella=
tiōe Politin? philoſoph? cū eēt ad vtutū or=
namēta cōpoſitus: vt id q̄d docebat nō alieno
ꝫ pprie docēt exēplo. vt fortune poſſet ipetus
ſuperare locū quiete ſedis elegit vbi erat ab

oī hūane cōuerſatiōis ſtrepitu ſepatus ſolis diuīe īſtitutiōis vacās inſigmibus. Et p̄mo q̄ de inſignia cōtēpſit honoris: illos v̊o honores putans q̄s illi magiſteriū prudētie cōtuliſſet. Nulla eū deſideia ſupabāt ꝫ h̄ putabat veras diuitias eē q̄b⁹ aīm⁹ ornat⁹ poſſꝫ auctoritatē ꝓprie originis īuenire. Ariſtoteles i ſecretis ſecretoꝝ. Quid ſblimauit regnū grecoꝝ: q̄d eoꝝ geſta p totū mundū ꝑpetualit̄ diuulgauit. Hoc fecāt diligētia ſtudētiū et ꝓbitas ſapiētū. q̄ ſup̄ modū ſcias dilexerūt. Agellius li. noctiū acticaꝝ. int̄ īſignia Philippi patris Alexādri Macedonis fuit ꝙ ad lr̄arū ſtudiū quē putabat regis herede futuꝝ tr̄āſmittē curauit: et eū Ariſtoteli ſūmo philoſopho imbuēdū ſapīa cōmiſit. Seneca. In illo ſeculo q̄d aureū ꝑhibēt penes ſapiētes fuiſſe regnū pollidomi⁹ iudicabat. hij cōtinebāt man⁹ et īfirma a validiorib⁹ tuebātur. Suadebāt honeſta et diſſuadebāt cōtraria et vtilia atq̄ꝫ inutilia eoꝝ ſaapientia mōſtrabat.:

De medicis Ca. x.

Iſidorus q̄rto ethimo. ca. iij. Medicine artis apud grecos repertor ꝑhibet̄ Apollo. Hanc fili⁹ eius Eſculapi⁹ dulādauit. ictu fulminis īterijt: et ars ſimul cū autore defecāt. Latuitq̄ꝫ

·ij

p̄ añnos q̄ngentos vſq3 ad tēpus. Anataxer=
ſis regis perſarū· Tunc eā in lucē renouauit
Ipocrates Aſclepio patre genit⁹ ¶ Valeri⁹
li·iiij·ca·ij· Alexādro rege macedonū tharſis
īfirmato Philipp⁹ medicus potionē manib⁹
ſuis tpatū porrexit· Erat enī comes et medic⁹
Aperte ſūt lr̄e venientes vt rex īſidias philippi
a daio corrupti caueret· Quas cū legiſſet ſine vl
la cūctacōe medicamētū hauſit: et tūc Philip
po legēdas tradidit: p q tā cōſtāti erga aīcū
iudicio a dijs īmortalibus mercedē recepit
Quo ɔtra refert q̄nt⁹ curius i hiſtoria Alexā
dri· q Alexāder Babiloniā reuſus mltis ocio
datis dieb⁹ intermiſſuz olim ɔuiuiū ſolēnit in=
ſtituit: totuſq3 leticia pfuſus cū die noctē puī
gilē iūxiſſet· recedēte iā ɔuiuio medic⁹ Teſſal⁹
īſtaurata comeſtione ipm et ſodales ſuos īui
tat· Acceptoq3 ꝑplo mediaq3 potiōe velut cō=
fixus igenuit· amici vō cās morbi diſſimula=
uerūt: re āt vera īſidie fuerūt q̄rū īfamiā ſucceſ
ſor pena oppreſſit· Autor īſidiarꝫ Antipr̄ fuit
q ſibi venenū miſtrauit· Et ſic Alexāder anno
xij· regni ſui vitā finiuit·

De iuuenibus· Ca·xi·

MAcrobius li·iiij·ſatur· Papiri⁹ cū eēt
puer cū patre ſuo in curiā venit· Quē

reuertēte pcōtari cepit mr̄ q̄d i ſenatu egiſſet pr̄ Reſpōdit tacendū Puerū v̄beribus vrget Qui lepidū et feſtinū capit mēdatiū et iactū i ſenatu dicat Vtr̄ ne meliꝰ videat̄ eē et vtiliꝰ ꝙ vnꝰ vir hēat duas vxoēs aut vna nupta ſit duobꝰ. Qđ illa ceteris matronis retulit. Poſteaq; die veniūt ad ſenatū orātes vt vna potius nupta ſit duobꝰ ꝙ due vxoēs vni Senatores ſtupētes vn̄ h̄ poſtulatio veniret nō pueri ꝓdigiū illā ipudicā expaueſcebāt iſaniā. Puer publicū metū vicit et q̄ mri dixeāt enarrat. Senatꝰ fidē et igeniū exoſculatꝰ ſtatuit ne p̄ter illū puer poſtea cū pribꝰ itroiret Valeriꝰ li. vi. ca. v. Mauliꝰ torq̄tus adeo ebetis et obtuſi cordis int̄ iitia iuuētutis eſtimatꝰ a prē ſuo iutilis rei publice iudicatꝰ ruri relegatus ē vt agreſti opere fatigaret̄. Poſtea prē iudiciali reū iudicō liberauit a piculo. Patriā etiā latino tumultu laſſā ſpecōſiſſimo triūpho recreauit. In h̄ credo maligno fortune nubilo i adoleſcētia p̄ſſus fuit q̄ ſenectutis eius decus lucidiꝰ eniteſceret Ibidē. Scipio africanus quē dij imortalē naſci voluerūt vt eēt i q̄ ſe v̄tus p oēs naturas bōibus efficacit̄ oſtēderet: ſalutaris vite prios adoleſcētie ſue annos egiſſe fert̄: remotꝰ tn̄ a luxurie crimie Ibidē

nihil Fabio maxīo ſibimet ac poſteis peperit
adoleſcēte magis ī fama. nec eo ſene ornatus
et ſpecioſius illo ſeculo nrā ciuitas habuit

De ſenibus. Ca. xij.

Pompeius trogꝰ li. ij. Cū Alexāder ad
pmitioſū bellū exercitū eligeret: nō iuue-
nes nō robuſtos ſꝫ veteranos q̄ cū pr̄e patria
qꝫ militauer̄t elegit vt iā nō milites ſꝫ mgr̄os
militie putarēt: ordineſqꝫ niſi ſexagenariꝰ ne-
mo ducebat: ita nemo in p̄lio fugā ſꝫ victoriā
cogitauit Valeriꝰ li. i. ca. i. Senectuti iuuē-
tus adeo magnū honorē reddebat tāq̄ maio-
res natu cōes adoleſcētiū pr̄es eēnt Tulliꝰ
li. de ſenectute. Cū phiſiſtratꝰ tyrānus a ſolo-
ne q̄reret q̄ ſpe fretꝰ ſibi tā audacit̄ reſiſtēt.
Reſpōdet ſenectute Joſephꝰ li. ātiq̄tatū ca.
primo Nemo putet falſa q̄ de ātiq̄rū lōgeuitate
ſūt ſcripta. qꝛ ꝓpt̄ v̄tutes et gl̄oſas vtilitates
q̄s iugit̄ pſcrutabāt̄. ſ. aſtronomiā et geome-
triā: deꝰ āplius viuēdi ꝯdonauit ſpaciū q̄ alit̄
addiſcē nō potuiſſent In cronicis legit̄ cir-
ca ānos dn̄i milleſimū cēteſimū. xxix. q̄ Johā-
nes de tpibus q̄. m. lxi. ānis vigerat a tēpore
karoli magni cuius armiger fuerat eſt defun-
ctus. Papias in pn̄cipio Romane hiſtorie
Romulus condita ciuitate quam ſuo nomine

Romā noīauit: centū ex ſenatoꝛib⁹ elegit q̄ꝝ ↄſilio oīa ageret. q̊s ſenatoēs ꝓpter etatē ꝑt ſimilitudinē cure prēs appellauit.

De ciuibus. Ca. xiij.

ARestoteles. iij. politice. Ciuitas ē q̄dā vitas ſimiliū grā vite cōtingēts optīe Felicitas āt ē q̄d optimū: h̄ ē āt v̄tutis opacō Hec ſūt āt ſine q̄b⁹ nō p̄t eē ciuitas. p̄mū opoꝛtet eē alimētū. deinde artes. inſtis eni indiget oꝛganis id qd̄ ē viuē. tercō arma ad iobediētes itra et ad iniuſtos extra. q̄rto pecuniaꝝ abūdātia q̄nto diuinoꝝ turba quā appellāt ſacerdotiū. ſexto necc̄ariū iudiciū de cōferentibus iuſtis adiuicē. Si igit̄ aliq̄d hoꝝ deficit nō ē pfecta ciuitas. Opoꝛtet ergo eſſe ag̃colas q̄ parāt alimentū. artifices. bellatoꝛes. diuites. ſacerdotes. et iudices. Itē ibidē. ij. Ciui eſt ptās participādi vel cōmunicādi p̄ncipatu cōſiliatiōe et iudicatione: hic eſt ciuis ciuitatis Itē ciues opoꝛtet eſſe cōcoꝛdes. qꝛ dicit Oroſius in oꝛchmeſtra li. ij. Sapiētiſſimi ciues Athenieñ. etiā ſuis malis ſatis docti ↄcoꝛdia minimas res creſcere: diſcoꝛdia vero maxīa labi cūcta vel bona vel mala q̄ foris agunt̄ domi abſterſere odia etiā et foris bella preſſerūt reliquerūt poſteis ſatis de ruina exemplū de recuperatōe auxiliū

ſi tn̄o ob firmiſſimā humane mētis ſtabilitatē
qꝺ in afflictis reb9 ↄ̄ſulit in pſperis ꝓuaret
Viterbi9 de architectuā li·i· Martis phanū
ex̄ memia c̄itatis dedicatū ē ne ſit int̄ ciues ar=
migera diſſēſio ſ3 ab hoſtib9 ea defēſa belli pei
cula ↄ̄ꝓuabit De mercatorib9·Ca·xiiij·

Valerius li·vij·ca·iiij·Claudius cētum=
malus ab auguīb9 altitudinē dom9
ſue quā habebat in cellio montē ſubmittere
iuſſus q2 his in arte augurū capiētibus offi
ciebat vēdidit eā Calpurnio lauario:nec idi
cauit qꝺ impatū fuit a collegio augurū· Ca=
tho ſūma eq̄tate·Claudiū dānauit qꝫ bone fi=
dei vēditorē nec cōmodoꝝ ſpē nec incōmodoꝝ
cognitōez obſcurarē optet. Ibidē li·i·c·ij·In
obſidione p̄neſtinoꝝ ↄtigit vt q̄dā murē cap
tū vēderet·cc·denariis quē gr̄a famis cōſume=
re vellet· Ac deorū nutu venditor fame periit:
emptor vixit· Sile refert frōtinus de caſſel
linis obſeſſis Areſtoteles·i·poli·Quibuſdā
milleſio ex ꝓbrātib9 paupꝫtatē q̄i ſibi inutilis
philoſophia exiſtēt·Qui cōſiderās ex aſtrono
mia paucitatē oliuarum futurā hyeme cū ad
huc abūdarent oliue p̄terite paucis pecuniis
dedit arrobones cultorib9 oliuarū i mileto et
thiyo quaſi nō deſperaret futurā vbertatē·Qn̄

aūt tpꝰ veīt mltis q̄rētibꝰ ſimul et ſbito vēdi-
dit taxās p̄ciū ſicut ſibi placuit: et cū mltas pe
cunias collegiſſꝫ oñdit ꝙ facile ē ditari philo-
ſophis cū volunt ſꝫ nō eſt h̄ circa qḋ ſtudēt

Ibidē i Sicilia q̄dā emit oē ferꝝ qḋ iuxͣ ſe
erat et etiā ſibi de mieris afferri fecit. Poſt h̄
venerūt de nūdinis mercatoēs et ille vēdebat
ſolꝰ: nō mltū faciēs exceſſū p̄cij ſꝫ de q̄nqꝫ talē-
tis aſſūpſit x. denarios. Quē dyoniſiꝰ tirānꝰ ſi
bi ablatis diuitijs. Siracuſꝫ manē nō pmiſit
tā ꝙ diuicias iuemiētē ſuis rebꝰ incōueniētes.
Quia expoſitor dicat Aliq̄s ditari et tirānis icō
uenit

De agricolis et agricultura. C.xv.

ORoſius vbi ſup loco ſeptio. Anno vr
bis. ccc. xci. Quintus cincinatus ille di
ctator q̄ reptus i rure aſſumptuſqꝫ de
aratro: ſūptoqꝫ honore iſtructoqꝫ exercitu ſub-
iugatos hoſtes p̄mus poſt ſe regulauit Va
lerius li. iiij. ca. i. Actiliū q̄ ad eū de ſenatu miſ
ſi fuerāt ad ſuſcipiēdū iperiū ſemina ſpergētē
viderāt. Sꝫ illo ruſtico opꝰ attrite manꝰ ſalu-
tē publicā ſtabilierāt: igētes hoſtiū copias pe-
ſumdederūt. Queqꝫ mō arantiū boum iuga rexe
rant triūphalis currus habenas retinuerūt.
Plinius. xviij. li. naturalis hiſtorie. Marci
curij cōcio eſt pniciosū eſſe ciuē cui non ſer-ꝫ

iugera ſatis eſſent. Quenam ergo cauſa tante
vbertatis ipoꝝ. Nempe impatorē manib⁹ a=
gri colebātur gaudente terra: vimerꝫ laureato
vomere ac triūphali aratore. Illa em̄ cura tūc
tractabāt ſemia q̄ bella. Eadē diligēcia diſpo
nebant arua q̄ caſtra. Subinde ex agris du=
ces et ſenat⁹ accerſiebātur. Nūc āt eadē arua
vincti pedes exercent dānate manus inſcripti
vult⁹. Valeri⁹ li. vij. ca. x. Valeri⁹ coruin⁹
centeſimū annū cōplens integris viribus cor=
poris nō ſolū ſpecōſiſſimis publicis miniſte=
rijs ſed agrorū ſuoꝝ culture et patriſfamilie
optabile reliquit exemplū. Tullius. vij. de
offi. oibus ex quibus aliquid adq̄ritur nihil
agricultura melius: nihil dulcius: nihil vbe=
rius: nihil hoīe libero dignius.:

De manuartificibus. Ca. xvi.

ARiſtoteles in ſecretis ſecretoꝝ. ex mi=
rabilibus operibus planetarū et natu
ris eorū accidit filio regis Indie. Cū
em̄ filius eius creuiſſet voluit eū rex inſtrui in
ſcientijs: miſit eū per vniuerſā Indiam et a=
lias prouincias honorifice ſicut decuit filiū tan=
ti regis. Sed nihil ei pfuit diligētia patris
qꝛ puer ille nō potuit iclinare naturā ſuā niſi
ad opus fabrile et artificiū. Turbat⁹ aūt rex

cōuocauit oēs ſapiētes regni ſui:q̄ oēs in hͦ cō
uenerūt ꝙ natuā pueri eū ad hͦ īducebat:et il
lud factū ē ‖Jbidē·q̄dā textor genuit filiū cꝰ
geniſis oñdit ꝙ puer erat futurē ſapiēs curial'
et boni ꝯſilii diligēdus a regibꝰ·Et cū genito
res ſui vellēt eū īſtruē ī arte ſua ex toto nihil
potuit de his addiſcere·Verberātes igit̄ eū et
flagellātes expoſuerūt volūtati ſue:tūc iuuenis
iclinauit ſe ad hoīes ſciētes et adq̄ſiuit ſcias
et ſciuit ſupceleſtiū curſus moēs ⁊ regimīa re
gū et fcūs ē cōſiliariꝰ regis ‖Macrobiꝰ·ij·ſa
turnaliū Auguſto victoria actica redeūti oc=
currit int̄ gratulātes q̄dā tenēs coruū quē iſtru
xerat dicē·Aue ceſar imꝑator:aue victor An=
thonij a pſitaco ſiliter ſalutatꝰ emi iuſſit·Idē
mitatꝰ in pica emi iuſſit· Qd̄ vidēs ſutor pau
per coruū ad parē ſalutationē inſtruxit·Qui i
pendio victus ad auē nō reſpondentē:ſolebat
dicē· Cepit impēſa expēſa perijt· Tandē auis
dicē cepit hanc ſalutationē:offerens eā impe
ratori·cui Auguſtus:ſatis habeo domi huiꝰ
modi ſalutatoēs·Superfuit coruo mēoria illiꝰ
opera et impēſa perijt·ad qd̄ ceſar riſit et eum
emi iuſſit· ‖In cronicis legitur de filio cuiuſ
dam carpentarij·Qui puer de baſtulis patris
litteras compoſuit ordinate· Dominabor

a mari vſq3 ad mare Q̃d ſupueniēs ſacdos le
git: et audito ꝙ puer neſciret ſuaſit illū lrīs i-
buēdū Qui poſtea papa Gregori9 fact9 fuit.

De diuitibus. Ca.xvij.

E Milius ꝓbat li. de duab9 exteraꝝ gē-
tium. Militandis filius pncipis athe-
niēſis caute fuit liberatus vt cū in plu-
ribus locis ortos et pdia hēret nullū in fructi
bus cuſtodē poſuit vt quiſq3 q̃bus vellet ibi
frueret. Sup quē pediſſeq̄ cū nūmis ſeqban
tur vt ſi q̃s opis eius indigeret ſtatī ei daret
ne differēdo videret negare. Si male veſtitū
videt ſuū ei amiculū dedit Quotidie cena pa
rabat vt q̃s inuocatos videret i foro oēs inuita
ret qd facere nulla die ptermiſit. Nulli fides
eius nulli opera ei9 nulli res familiaris defuit.
multos locupletauit: mltos paupes ſuis ſup
tibus ſepeliri fecit. Cecilius balb9 de nugis
philoſophoꝝ. Anatectus rex Cecilie dixit: ꝙ
auro tãꝙ fictilib9 vtēdū ē. lōge eni pſtanti9
morib9 ſplēdeſcere ꝙ̃ rebus. Qui cū in vaſis
fictilib9 cenaſſet: q̄rentib9 cām h9 reſpōdiſſe
fert. Rex ſū ego Cecilie: figulo genitore. ſatis
fortunā reuenter habe q̃cūq3 repēte diues ab
exili pgredeis domo. Cōſiderās eni huilē ortū
ſuū fictilibus vt alius pauper contentus fuit.

Valerius li·iiij·ca·v· Marcus curius Sãni
tũ legatis agreſti ſcãno aſſidenti foco ligneo
catello conãti ſe ſpectãdũ pbuit· Qui cũ pau
ptatẽ ei? mirãtes magnũ põdus auri miſſuz ſi
bi attuliſſet: vt eo vti vellet dep̄cãtes· reſpuit
dicẽs: narrate ſãnitib? Marcũ curiũ malle di
uitib? ĩpare q̃ꝫ diuitẽ eẽ Et mẽitote me nec a
cie vici nec pecũia corrũpi poſſe Ibidẽ· Fabri
cius hõrib? et autoitate oim in ciuitate maior: cẽ
ſu par vniciuiqꝫ pauprio q̃ ſãnãtib? q̊s oẽs i
cliẽtela hẽbat mlta donaria oblata r̃miſit Si
ne pecũia diues ſine vſu hñde failie comitat?:
qꝛ locupletẽ illũ faciebat nõ mlta poſſidẽ ſꝫ me
diocria deſiderare· Idẽ dicit Vegeti? li·iiij·

De pauperibus Ca·xviij·

Frontinus vbi ſupra li·iiij·ca·i· Sci
pio poſt res pſpere geſtas in Hiſpa
nia in ſumma paupertate deceſſit· Nec ea pecunia
relicta que in dotẽ ſufficeret filiaꝝ q̃s publice
dotauit ſenat? Emilius vbi ſupra Phocion
Athenien̄ ppetue fuit paup cũ ditiſſim? eẽ poſ
ſet ꝓpter freq̃nter delatos honores et poteſta
tes ſũmas a populo ſibi datas· hic cũ a rege
Philippo munera magne pecunie repudiaret
legatiqꝫ eũ ad recipiẽdũ hortarent· qꝛ ſi ipſe
bis facile careret: filiis tñ ſuis difficile eſſet in

tāta paupitate paternā tueri gloriā. Quibus reſpōdit. Si mei filies fuerit hic agellus eos alet q̄ me ad hanc glam pduxit. Si aūt diſſimiles nolo meis īpenſis eoꝝ ali fouerīqꝫ luxuriā. Valerius li. vi. Cū rex Gyes liddoꝝ armis et diuitijs īflatus ab Apolline ſciſcitaretur an aliqs eo beatior īueiretur: et cū ille ei Aglaū pferret q̄ erat archadū pauprim? ſꝫ etate iaꝫ ſenior nec terminos ſui agelli vnq̄ excesserat puuli ruris fructib? et voluptatib? cōtentus Quo ꝯtra: fulgore ſue fortune gloriāti Apollo reſpōdit magis ſe ꝓbare ſecuritate ridens tuguriū: q̄ triſtem curis et ſollicitudinib? plenam regis aulā: et vſus neceſſarij horreolū ſatius appetēdum q̄ theſaurus inſidijs cupiditatibuſqꝫ expoſitos. Ibidē libro q̄rto ca. i. Agrippa quē ſenatus et plebs paratis in ſe faciende elegit autorē pecunie inops deceſſit: vt niſi collectis a populo in capita cōſtantib? ſepulture honore caruiſſet. Idē dicit Auguſtinus de ciuitate dei de lucio valerio.

De religioſis. Ca. xix.

Macrobius primo ſatur. Religio dicitur q̄ propter ſanctitatē aliquā remota a nobis ſit: quaſi a religando dicta vt cerimonia a carēdo. Et Tullius de natura deoꝝ

Religio eſt p quā reuerenti famulatu cerimo-
nie diuini cult9 exercētur ¶ Areſtoteles ꝗnto
pollitice· oportet ṗncipē pre alijs deicolam vide
ri· min9 enī putāt ſubditi a talib9 pati aliqͦd
iniquū: ſi deicolam putant ṗncipē et cogitaē de
dijs· Et min9 machinātur ꝯtra talē tāꝙ̄ hēat
ꝯpugnatoēs etiā deos ¶ Solin9 de mirabili
bus mūdi ca· xij· Cretes Dyanā religioſiſſiē
venerātur: bricomartē gētiliter noiantes: qͦd
nrō ſmone ſonat v̓ginē dulcē· Edē ipius ṗter
ꝙ̄ nudus null9 ingredit̄: veſtigia ea edes ma
nus dedali oſtētant ¶ Valerius li· i· Mrēs to
tarū et filie et ꝯiuges et ſoroēs poſt Cannēſez
cladē abſterſis lacrimis ꝑ ſuis īterfectis cā-
didā induē veſtē et aris daē thura coacte ſūt
¶ Ibidē li· iiij· ca· vij· Alexādro macedoni ſacri
ficāti puer vn9 arrepto thuribulo aſtitit an̄
ipſū: ī cui9 brachiū carbo ardēs dilapſus ē: qͦ
ētiā ſic vrebat̄ vt odor aduſti corpis ad circū
ſtātiū nares ꝑueniret: tn̄ dolorē ſilētio ꝑſſit et
brachiū īmobile tenuit· ne ſacrificiū Alexādri
cō cuſſo thuribulo īpediret aut edito gemitu·
Rex vero paciētia pueri delectat9 vt ꝑſeuerā-
tie experimētū ſumeret ſacrificauit diuti9: nec
hac re eum a propoſito reppulit· Vide ſupra
pontifices gentilium·

De peregrinis. Ca.xx.

Iterbi⁹ vbi ſup̈ li.vi. Greci ſicut fue-
rūt delicatiores et fortuna opilētioēs:
peregrinis et hoſtib⁹ venietib⁹ īſtituebāt tri
clinia cubicula poſt pria die ad cenā vocabāt
poſtera die mittebāt pullos oua olera poma
reliq̄ſq̄z res agreſtas Ideo pictoēs ea q̄ mit-
tebant hoſpitib⁹ picturis imitabātur et xenia
appellauert Theofraſt⁹: int hoies ſol⁹ q̄ fue
rit doct⁹ in alienis locis nō reputabat pereg-
nus: amiſſis etiā familiaribus nō erat aīcicia et
neccāriis deſtitut⁹: et in oī ciuitate reputabat
ſicut ciuis et not⁹ difficiles ſine timoē fortune
p̄t diſponē caſus ¶ Valeri⁹ li.vij.ca.ix. Pla-
to patriā athenas p̄cep. toē Socratē ſortit⁹:
igenij q̄z diuia iſtruct⁹ abūdātia: cū oim mor
taliū iā ſapiētiſſim⁹ hēret: eo vt ſi ipē Jupit
de celo deſcēdiſſet nec elegātiore facūdia vſu-
rus: vidē egiptū peregnatiōe peragūit A ſac
dotib⁹ gētis illi⁹ nūeros celeſtiū obſeruatiōe
rationū p̄cepit. In Italiam etiā trāgreſſus vt
ibi artica tarētina a thimeo et anone et cete-
ris illi⁹ loci pytagore p̄cepta acciperet ¶ Se
neca epl'a iij. Vitā in peregnatiōe exigētibus
hoc accidit vt multa habeāt hoſpitia nullas a
micicias. Idem neceſſe eſt vt illis accidat qui

nullis ſe ingenio familiarit̃ applicant ſed oia curſim et ꝓperãter tranſmittũt ¶Idẽ epl'a·iiij· ait Socrates cuidã quid mirais tibi peregrinationẽ nõ ꝓdeſſe cũ te circũferas

De venatorib⁹ Ca·xxi·

EVſebiũs in cronicis·Philometer rex gothoꝝ quaſdã mulieres ꝑuagas q̃s gothi alarimas vocãt ſuſpectas habẽs de exercitu ſuo expulit q̃ a q̃buſdã ſilueſtrib⁹ hominib⁹ q̃s faunos vocãt vt quidã credũt impgnate ſũt·Vñ nati ſũt huiõi deforme genus hoim qd̓ erat primũ int̃ meotides paludes inuentũ Qui cũ eẽnt venatoẽs et ſagittarii vn⁹ ceruũ iſeq̃ns eo duce p meotides paludes viã iuenit·Qui alios ſuos tradicẽtes vicinas gẽtes bellis fatigauere Sũt eñ ſcapulis latis et ad ſagittas et arcus ꝑpatis·ꝑlio eſtrogotos ·i·orientales vicerũt et loca eoꝝ tenuerũt ¶In cronicis legit̃ Euſtachio mgr̃o militie tyrãni impatoris in venatione xp̃s in cruce inter cornua cerui apparuit·Qui cũ vxore ſua baptiſatus ſicut ꝑdixerat ei xp̃s:multa cũ vxore et liberis ꝑ noĩe eius aduerſa ſuſtinuit·

De iudicibus· Ca·xxij·

VAlerius li·v·ca·viij· Cãbiſes cuiuſdã mali iudicis pellem e corpe' tractã ſelle

incēdi et in ea filiū iudicis iudicaturū ſedē iuſ
ſit q̄ atroci ac noua pena ne quis iudex poſtea
corrumpi poſſet: ꝓuidit ¶ Ibidē ca.v. Mulier
quedā a Philippo temulēto dānata: ꝓuocarē
inquit volo ad Philippū: ſed ſobriū ebriūq3
reſpicere et cauſā diligētius inſpicere coegit.
equitatem quā impetrare nō potuit extorſit.

Ibidē li.vi.ca.i. Selnei filius p adulterij cri
men ꝑm ius ab ipſo cōſtitutū vtroq3 oculo ca
rere debuit Et cū tota ciuitas in honorē patris
penā illā remittere poſtularet: diu repugnās
deinde populi precibus victus ſuo prius eruto
oculo deinde filij. vſū videndi vtriq3 reliquit
et debitū modū ſupplicij reddidit ſe inter pa
trem miſericordē et iuſtū iudicē partitus eſt.

In policrato li.v.ca.ij. Cū inter Alexandrū
regē et milites aliquos eſſet diſceptatio: et cau
ſa ſua fuiſſet dānata in caſtrenſi iudicio: illud
iudicium acceptū habuit iudicibus gratias a
gens: quorū fidem in eo ꝓbauerat q̄ iuſticiā
omni potētatui preferebāt.

De aduocatis iudicioꝝ. Ca.xxiij.

AVlius gellius noctiū acticarū Quidā
adoleſcens apud Pytagorā eloquētia
imbuēdus illi ꝓmiſit magnā pecuniā de qua

cāın apud iudicē orasset Cūq₃ iā abūde pfecis
ſet et cās nō recipēt Pytagoras corā iudicib⁹
cōueniēs: tu reddes inqt qd peto ſiue p te ſiue
cōtra te nūciatū fuerit. nā ſi p te merces m̄ de-
bet: ſi cōtra te merces m̄ debet ex ſnīa q₂ vice-
ro. Cui ille. diſce mgr̄ ſi p te ſentēciatū fuerit
nihil tibi debeo: ſi āt cōtra me nihil tibi debeo
ex pacto q₂ nō vicero: qd iudices iexplicabile
vidētes i diē lōgiſſimū diſtulerūt. Heylināde
de iſtitucōe pncipū li. ij. Cū demoſtenes ariſto
diū introgaſſet: qntū mercedis vt agēt acce-
piſſet Ac ille reſpōdiſſet talētū Cui Demoſte
nes: ego plus accepi vt tacerē Ita cauſidicoꝝ
ligua dāmifica ē niſi eā vt dici ſolet funib⁹ ar
gēteis vicias qbus et ipm ſilētiū venale ē niſi
pſpicias Valeri⁹ li. vij. ca. iij. Quedā mu-
lier pecuniā depoſiti noīe a duob⁹ hoſpitibus
accepit illa cōditiōe vt illā vtriq₃ ſimul redde
ret Quoꝝ alt̄ interiecto tpe tāq̄ ſocio mortuo
decepta illa totā pecuniā abſtulit Deīn alt̄ de-
poſitū petē cepit. Illa āguſtiata Demoſtenes
ei patron⁹ affuit dicēs. Mulier parata ē depo-
ſiti fidē ſoluē: ſ₃ niſi ſocius aduenerit id facere
nō valet: qm̄ vt ipe dicis hec data ē lex vt pe-
cunia alteri ſine altero nō detur Cecili⁹ bal
bus vbi ſup̄. Cū qdā veteran⁹ quadā die corā

iudicib9 periclitaret rogauit ceſarē vt adeſſz i publico adeū iuuādū Cui ceſar dedit bonū ad uocatū Cui ille O ceſar te piclitāte i bello aſia no nō vicariū q̄ſiui ſꝫ ꝑ te ip̄e pugni. Detexit qꝫ cicatrices vulnerꝝ q̄ ſuſcepeāt Exiliuitqꝫ ce ſar et venit i aduocationē. verebat̄ eñ nō tm̄ ſupbus ſed et ingratus videri.

De baliuis dominorꝝ. Ca. xxiiij.

Joſeph9. xiij. li. āntiq̄tatū ca. xij. Tiberi9 impa tor i oīb9 negocijs ſuis moroſ9 erat vt cū ſta tuerat ꝓcuratores i ꝓuīcijs vix aut nūq̄ꝫ muta bat eos Cui9 cā cū ab eo q̄ret̄. Rn̄dit ſe i h̄ ꝑ cere plebiculę Scientes eñ ſe ad modicū habi turos ꝓcuratiōeꝫ emūgūt vſqꝫ ad ſāguinē: et tāto dn̄ant̄ grui9 q̄nto breui9: et q̄ recētes ve nerūt diſſipāt q̄cq̄d iuenūt Qd oñdit exēplo cuiuſdā vulneāti iacētis i via et nō amouētis multitudinē muſcarꝝ a vulnē Et ali9 ſupueni ens credēs qꝫ id facēt ex imbecillitate abegit il las Cui ille. male inq̄t feciſti qꝛ ille iā plene e rāt ſāguie et pꝫ9 me moleſtabāt: q̄ āt ſupue niēt recētes acri9 me pūgēt. Sic officiales re cēter iſtituti acri9 i ſbditos diſſeuiūt Ariſto teles i ſecretis ſecretorꝝ Alexāder nūq̄ꝫ ponas vnū baliuū i regimie loco tui quē pecūia poſſz corrūpere. et deſtruē regnū tuū: et ita in baliuo

qui anhelat pecunie adq̃rende et theſauris cō⸗
ſeruādis nō cōfidas: qꝛ eius ſeruiciū eſt ꝓpt
aurū et dimittit pecuniā cū ſenſibꝰ ho⸗
minū et eſt ꝓfunditas ſine fūdo· Et q̃nto ma
gis creſcit pecunia tāto magis intēcio adq̃rē
di et amor pecunie: et forte amor pecunie idu⸗
cet eū ad tuā mortē et regni deſtructionē De
inde ibidē ponit·xv·cōditiōes i baliuo adq̃rē⸗
do q̄ req̄ri pn̄t in originali ¶ Ariſtoteles in·ij·
rethorice oñdit nō faciliter mutādos ꝑcurato⸗
res: vt ꝑ fabula Eſopi de vulpe vulnerata in
via et mltis muſcis q̄ ſup eā reſidētes eius ſā⸗
guinē exuxerūt Superuenies āt ericiꝰ ex ꝯpaſ
ſione illas voluit remouē· Cui vulpes ait· No
li hoc facē: qꝛ iā plene ſūt ſāguine et alie recē⸗
tes ſuperuenietes grauius moleſtabūt· ſicut no
ui preſides et baliui·

De amicis et amicicia Ca·xxv·

Valeriꝰ li·iiij·c·iiij· Dāmon et Sinicias
tā fidelē int̄ ſe iūxerāt amiciciā vt cū al
terū ex his Dyoniſius tirānus occide⸗
re vellet: atq3 is tēpus q̄ priuſq̄ periret domū
ꝑgens res ſuas ordinaret īpetraſſet: alter ſe ꝓ
eo dare vadē nō dubitauit· Appinq̄nte dem⸗
de die nec illo redeūte vnuſquiſq3 ſtulticie tā
temerariū ſpōſorē dānauit· At ille nihil ſe de

amicā cōſtantia metuē pdicabat· Eodē āt momēto et hora a Dyonisio ɔſtituta: q̄ eā accepe rat ſupuenit· admirans eorū animū tyrānus ſupplicia remiſit· Inſup rogauit vt ſe i ſocietatē amicicie terciū ſodalacij gradū reciperēt·

Ibidē li·v·ca·ix· Cū preto li? amici cuiuſdā peticioni reſiſteret: iſq3 dicēt· q̄d mihi opus ē amicicia tua: Reſpōdit ille: imo q̄d mihi tua ſi pꝑter te aliq̄d ihoneſte factur? ſū Tulli? li· de amicicia· Tarquinus a regno pulſus ait tūc primo ſe intellexiſſe quos fidos habuiſſet amicos aut quos infidos Cū iā nec eis grām nec beneficiū referre poſſet· Seneca de clemen·li·ij·Arthefius philoſoph? amicos habuit pauperē et egrotū ſed vtrūq3 pre verecūdia diſſimulantē· Qd̄ et philoſophus aduertit iudicauit ſibi ſine verecūdia citius ſuccurrendū: acceptū ſacculū pecunie vni? puluinari ſubiecit: alio penitus ignorāte: vt inutili verecundia ſemota magis videret̄ qd̄ deſideraſſ3 inueniſſe q̄ꝑ qd̄ poſtulaſſet accipere·

De cōſanguineis· Ca·xxvi·

Valerius li·i·ca·i· Conuiuiū antiq̄ ſolē ne inſtituerūt quod cariſtia vocabāt· Cū preter cognatos et affines nulli interponebātur; vt ſi aliq̄ inter pſonas neceſſarias

q̄rela ceēt orta apud ſacra i ſe et int̄ hilaritatē amicoꝝ et fautorib⁹ cōcordie adhibitis tolleretur ¶ Ibidē li·viij·Deci⁹ impator cū filiū Deciū vellet iperiali dyademate iſignire: rēnuit filius dicēs Vereor ne dū fiam impator deſiſtā eē fili⁹ Imperet pr̄ me⁹: meū imperiū ſit humiliter parē imperāti ¶ Ibidē li·v·ca·v·Ceſerius dū a ceſare iā oim et exteroꝝ et domeſticoꝝ victore abdicaē filiū ſuū iuberet̄: qr īuidiā affectati regni fecerat Sic rn̄dit· Tu mihi ceſar celeri⁹ oēs filios meos eripies q̄ꝑ ego vnū ex his voto meo expellā Ecce q̄nta audacia q̄ nec ei cui orbis terraꝝ ſuccubueāt: ceſſit ¶ Ibidē ca·iiij·Pretor mulierē ingenuā morte plectendā cuidā viro i carcē necādā tradidit: q̄ mia motus nō ſtati ſtrāgulauit aditūq; filie ſue tradidit obſeruās ne q̄d cibi iferret vt ſic inedia moeret̄· Trāſactis v̄o aliq̄t dieb⁹ admirās qūo ſic diu viuēt cōſiderauit filiā extracto vbere mr̄is famē lactis ſui ſb̄ſidio leniētē Que facti nouitas ad cōſiliū plata remiſſionē pene mulieri īpetrauit· Quid nō excogitat pietas: q̄d eñi tā īſolitū q̄ꝑ mrēm vberib⁹ nate ali: putaret h̄ aliq̄s ɔtra naturā reꝝ factū: niſi diligē parētes p̄ma nature lex eſſet·

De mulierib⁹ bonis Ca·xxvij·

ij

MVlier bona dēt p̄mo cōtēnē tpalia·Va
lerius li·iiij·ca·i·Cornelia graccorꝝ mr̄
campanā matronā apud ſe hoſpitā ornamēta
ſua pulcerrima illi⁹ ſeculi oſtēdētē ꝑmone tra
xit·Liberis em̄ ſuis de ſcola redeūtib⁹ ait·Oīa
h ornamēta mea ſūt·oīa nimirꝝ hēt q̄ nihil cō
cupiſcit et eo certi⁹ ꝙ ſua poſſidet q̄ dominiū
rerꝝ collabi ſolet·bona mentis vſurpata nullū
fortune triſtioris recipiūt icurſū ¶Scdo dēt
vincē carnalia·Oroſi⁹ i orchmeſtra li·v·Vic
tis a mario theutonib⁹ muliēs eorꝝ cōſtātiori
aīo ꝙ ſi viciſſēt cōſuluē cōſulē vt ſi iuiolata ca
ſtitate v̄ginib⁹ ſacris ac diis ꝑuiēdū eēt vitā
ſibi reſuarēt·Sꝫ cū ipetrata nō obtinuiſſet p̄
uulis ad ſaxa colliſis ope ferro et ſuſpēdio pe
rierūt ¶Tercio dēt marito ſeruare fidei et a=
moris iſignia·Valerius li·iiij·ca·v·Cū lacede
monii incluſi a ſpartanis capitali ſupplicio ſer
uabant̄:cōiuges eorꝝ illuſtris ſāguinis velut
allocuture viros perituros intrauerūt carcerē
ipetrato a cuſtodibus aditu cōmutataq; veſte
viros p ſimulationē doloris capitib⁹ velatis
eos abire paſſe ſūt ¶Itē debet viro dare ſalu
bria cōſilia· Seneca de clemē· Cū Auguſt⁹
ipator cogitaēt quō ſe de vno q̄ ei⁹ mortē ma
chinabat̄ aptius vindicaret:cōſuluit vxorē

Fac mq̃t qd̓ faciũt mediá: q̃ dum̃ vſitate reme
dia nõ proſũt tẽptant cõtraria. Si igitur ſe=
ueritate nõ preualuiſti tempta de clemẽtia. qd̓
gauiſus fecit et ad nutũ obtinuit.

De mulierib9 malis. C.xxviij.

ORoſius vbi ſup̈ li.i. Mortuo Mino re
ge aſſirioꝝ Semiramis vxor eius ſuc
ceſſit ĩ regno. xlij. ãnis vrbem cedib9 p̃mens.
Hec libidĩe ardẽs: ſãguinẽ ſitiẽs, int̃ iceſſabi
lia ſtupra et hoĩcidia. cũ oẽs regio acceſſitos
mẽtricio habitos cõcubitu oblectaſſet: tãdẽ fi
lio flagicioſe cõcepto ĩpie expoſito iceſtu cog=
nito: p̃uatã ignominiã publico ſcelẽ obtexit.
Precepit enĩ int̃ parẽtes et filios nulla delata
reuerẽtia: nulla eẽt de ꝯiugis appetẽdis diſcre
tio qd̓ cuicũq3 libitũ eẽt liberũ fieret. Jeroni
mus ꝯtra Jouinianũ. Sille vxor palã ĩpudi=
ca fuit Põpeyo victori orb̃ terraꝝ vxor ĩpudi
ca extitit. Catho cẽſorin9 vxorẽ huĩli loco na
tã violentã et incõtinẽtẽ qd̓ nemo poſſit credẽ
ip̃i cathoni ſupbã habuit. Juſtin9 abbreui
ator Põpeij trogi. Grippus fili9 Demetrij re=
cuperato patrio regno: extermiſq3 piculis libe=
ratus iſidijs mr̃is impetit̃. Que cũ cupiditate
dñationis ꝑdito altero filio et interfecto ma=
ternã pietatẽ exuiſſet: huiuſq3 victoria digni=

tatē ſuā īferiorē factā videt veniēti ab excita-
tione poculū veneni exhibet: ꝗ ꝑmunit. Grip-
pus q̄ cū mrē pietate certaēt bibē ipā iubet.
Inſtat poſtremū ꝓlatoqȝ iudice eā arguit ꝙ
ſibi obtulit. Sȝ victa regina: ſcelere ī ſe vſo:
veneno qđ filio parauerat ipa extīguit.

De mulierib⁹ cōiugatis Ca. xxix.

Valerius li. iiij. ca. iij. Julia ceſaris filia
cū Pompey magni cōiugis ſui veſtem
cruore reſperſā e campo domi delatam vidiſſet
territa metu ne qua illi vis illata fuiſſet: ex a-
nima cecidit et cōceptū ꝑtum doloē coacta eſt
eijcere cū magno orbis terrarū detrimento.
Cecilius balbus vbi ſupra Cum cuiuſdā mu
lieris viro Damellio nomīe exprobratū eſſet
ꝙ rios vicio fedaret. malum ſcȝ anhelitū ha-
bens Et ipē cōquereť vxori ſue ꝙ eū de hoc nō
monuerat. Reſpōdit illa. feciſſem nīq̄ niſi cre
derem omniū viroꝝ ora ſic olere. veriſimile eīn
erat ꝙ os ſuum nunq̄ alteri viro copulauerat
Hieronimus contra Iouinianū refert idem.
Valerius li. vi. ca. iij. Torcia emilia Africa
ni vxor tāte erat caſtitatis et paciēcie: ꝙ cū ſciēt
viro ſuo ancillulā ex ſuis ḡtā eē: diſſimulauit.
ne dn̄atorē orbis Africanū impaciēcie reū ar
gueret. imo poſt mortē Africani manumiſſaȝ

ancillã ſub lecto ſuo i matrimonio copulauit.
Ibidẽ Sulpicia cũ a mrẽ Julia diligẽtiſſi-
me cuſtodiret ne lentulũ viꝝ ſuũ ꝓſcriptũ in
Italiã ſeqret: nihilomin⁹ ſeruili veſte ſũpta
cũ duab⁹ ãcillis totidẽq; ſꝟuis ad eũ clãdeſti-
na fuga pueñit. Nec recuſabat ſeipſã ꝓſcribẽ
vt ei⁹ fedus i cõiuge ꝓſcripto cõſtaret.

De viduis bonis. Ca. xxx.

Macrobi⁹ ſcdo ſatur Vidua dr̃ q̃ſi pha
re. i. diuiſa. vel vidua q̃ſi a viro diuiſa.
Valeri⁹ li. i. ca. i. Apud ãtiq̃s muliẽs q̃ vno
viro cõtẽte erãt et vno mrĩmonio corona pudi
citie honorabant̃ Multoꝝ mrĩmonioꝝ expiẽ
tiã q̃ſi illegittie cuiuſdã itꝑantie ſignũ eẽ cre
detes Hieronim⁹ cõtra Jouinianũ. marci ca
thonis filia q̃tuor ebdomadis cũ lugẽt amiſ-
ſũ maritũ matrone ab ea q̃renti quẽ diẽ hẽret
luctus vltimũ. ait: quẽ vite Ibidẽ de annia:
cũ q̃dã ex ꝓpinq̃s ei ſuadẽt vt alteri viro nu-
beret: eſſe eñi ei etatẽ integrã et faciẽ bonã Ne-
quaq̃ inq̃t hoc faciã Si eñi viꝝ bonũ iuenero
vt añ habui nolo timere ne ꝑdã Si malũ q̃d
neceſſe ẽ poſt bonũ peſſimũ ſuſtinẽ. Ibidẽ de
porcia q̃ cũ quedã apud eã laudaret̃ q̃ ſecun-
dũ habebat maritũ Reſpõdit felix et pudica
matrona nũq̃ niſi ſemel nubit Itẽ Valeria

ſoror meſſalarū amiſſo viro ſuo nulli nubē vo=
luit Interrogata āt cur hō faceret Reſpōdit ſibi ſēp
maritū ſuū viuē ¶Ibidē de Arthemeſia vxoē
Mauſoli rēgis caritie q̄ licet multis laudib9 tū
hac potiſſime effert: q̄ defūctū virū ſicut viuū
adamauit et ſibi mire pulchritudīs extruxit
ſepulcrū vt ex honoē oīa ſepulcra pcioſa Mau
ſolea nūcupent

De vgīnib9 C·xxxi

Jeronim9 cōtra Jouinianū· Quali ho
nore populus Roman9 habuit virgi
nes hinc apparet· qr cōſules et impa
tores et ī curribus triūphantes q̄ de ſuperatis
hoſtibus trophea referebāt et oīs dignitatis
grad9 de via cedere ſolit9 erat ¶Ibidē Micha
nor victis thebeis et dīuerſis captiue vginis
amoē ſupatus ē· Cui9 ciugiū appetēs et volū
tarios cōplexus: qd captiua merito optaē de=
buerat: ſēſit pudicis mētib9 vgīnitatē plus cē
q̄ regnū· Et interfectā ppria manu flens et lu
gens amator tenuit ¶Seneca libro ſexto de=
clamationū· vgo veſtalis ſcpſit hūc vſū· Feli
ces nupte moriar qr nubē dulce· Contra quā
allegabat· Aut expta viros aut inexpta perie
ras: neutrū ſacerdotis eſt· Tibi magiſtrat9 fa=
cies ſuas ſubmittunt: tibi cōſules pretoreſq3
via cedūt: nunq̄ pua merces vgo eſt ſacdos

felices inquit etc. Tã expreſſa voce q̃ ex intimis viſcerib⁹ emiſſa inceſtata eſt. etiã ſine ſtupro que cupit ſtuprũ ¶ Valerius li. vij. ca. tercio Turcia virgo veſtalis de leſa caſtitate īfamata cõſcia ſue innocẽtie arepto cribro Veſta inquit ſi ſacrificijs tuis caſtas manus adhibui precipe vt ex hoc de tyberi aquam hauriã et in edē tuã pferam: qd et factũ eſt qr temere actis votis ſacerdotis natura ceſſit. ¶ Idem ait Auguſtinus. x. de ciuitate dei. Hieronim⁹ vbi ſupra. Claudia virgo veſtalis cũ in ſuſpitionem ſtupri veniſſet: et ſimulacru ī matris pdee in vado tiberis adhereret: ad probandã puriciam ſuã fertur cingulo ſuo duxiſſe nauē: quã multa milia hominũ trahere nequiuerãt ¶ Idē Auguſtinus. iij. de ciuitate dei. Romani antiqui corruptas dee veſte ſacerdotes viuas defodiebant. ¶ Adulteras autē mulieres aliqua dampnatione: nullam tamē morte plectebant. Grauius iudicantes adita diuina cubicula q̃ humane vindicare. Hec ergo ſūt hominũ genera ad que omnia reduci poſſunt quibus in menſa ſociari poſſumus.

¶ Incipit liber terci⁹ mēſe philoſophice.

QUia de morib' et con
dicionib9 eo᷑ quib9 in mẽſa
ſociari poſſum9 breuit᷑ ꝑſtrin-
ximus. Reſtat vt nunc tercio
q̄ſtiones aliq̄s mẽſales breuiter ꝓſequamur
Quia dicit Macrobi9 pͣo ſaturnaliũ. Neq3
recte inſtitut9 anim9 reqeſcere vtili9 aut ho-
neſtius p̄t q̄ in aliq̄ oportunitate docte et libe
raliter interrogãdi colloquẽdiq3 et reſpõdendi
comitate. nec de ulla re alia q̄ de doctis queſti
onib9 colloqui p̄t eẽ iocũdius. Et ideo vt ibi
dem dicit li. iij. pͣa obſeruatio in menſa erit
eſtimare cõiuuas: deinde vt ſibi locũ patẽ vi-
deãt. nec de ipſis ꝓfunditatis ſue inter pocula
ſecretis loquat᷑. nec nodoſas et anxias ſed vti
les quidẽ et faciles q̄ſtiones mouebit

Prima queſtio. Ca. j.

PRimo igit᷑ querit᷑. Vtrũ aer ẽ magis
neceſſari9 ad vitã q̄ cibus. Et videtur
q̄ cibus ſit: illud eſt maxime neceſſa-
rium corpori qd̄ reſtaurat deperditum ab eo qd̄
fit mẽbrũ vel pars mẽbri: ſed cibus eſt huiuſ
modi ſm Auicennã ergo &c. ¶In oppoſitũ
eſt Conſtantinus qui dicit q̄ aer eſt corpori
magis neceſſarius. hoc oſtendendo ratione et

ſigno·Rōe ſic·Vita ſtat ī calore natuāli·qꝛ ca
lor naturalis ē pͥncipiū vite gͦ qđ tpat calorē
naturalē et ipm̄ ī tpamēto ɔſeruat ē maxie ne
ceſſariū ꝫ aer attract⁹ p anhelitū eſt huiōi er
go ꝛc·Signū hui⁹ ē qꝛ ſi aliq̄s de nouo extra
hat̄ de carcē prīo laboāt ad attractionē aeris
poſtea petit potu vel cibū ¶Ad rōem ī oppoſi
tū dicēdū ꝙ vita cōſiſtit ī duob⁹·vnū ē pͥnci
piū remotū vt reſtauratio deꝑditi et cōſerua
tio mēbroꝝ·Et q̊ ad h̊ ē maxie nccārīū nutri
mētū calois natuālis et illud imediate cāt̄ a
q̄litatib⁹ aeris·Et iō aer qꝛ imediate reſpicit
vitā ꝛeſt magis nccāri⁹ ad cōſeruationē vite·
¶Secūdo q̄ritur vtꝝ ad vitā ſit magis neceſ
ſarius cibus vel potus·Dicēdū ꝙ cib⁹:tñ plus
appetit̄ potus q̄ꝫ cibus·Ratio pͥmi ē:qꝛ illud
eſt magis neceſſariū qđ mēbra reſtaurat q̄ꝫ id
qđ facit ad delationē cibi p totū corp⁹·Sꝫ ci
bus ordinat̄ ad reſtaurādū mēbra:potus ve
ro ad delationē cibi p corp⁹·ergo ꝛc ¶Qꝛ āt
plus et intētius appetit̄ potus ratio ē:qꝛ pot⁹
intēſionē caloris naturalis mitigat et tēperat
et ſic eſt etiā vite magis nccārius q̄ꝫ cibus ſi
cut et aer Duo igit̄ facit potus·prīo qꝛ defert
cibū ad mēbra:et ſic cib⁹ eſt magis nccārius
q̄ꝫ potus·Secūdo qꝛ mitigat calorē naturalē

et tpat et ĩ tpamēto cōſuat: et ſic magis ē ne
ceſſari⁹ ꝙ̄ cib⁹ Et iō diuti⁹ viuit aīal ſine cibo
ꝙ̄ ſine potu ¶Tercio q̄rit̄: vtrū plus noceat
corpi mal⁹ aer ꝙ̄ mal⁹ cib⁹: Dicēdū ſimplicit̄
ꝙ mal⁹ aer. Quia mal⁹ aer plus nocet cordi
qd̄ ē fons caloris et ſpirituū Eſt tn̄ diſtinguē
dū ꝙ aliqd̄ plus nocꝫ mlt̄iplicit̄. Pmo qꝛ ime
diate attigit mēbꝝ nobile: aliud āt nō ſic Se
cūdo qꝛ freq̄ntius imutat cū nō poſſit euitari.
Tercō qꝛ imediati⁹ attigit Et iſtis trib⁹ mo
dis plus nocet mal⁹ aer ꝙ̄ mal⁹ cibus. Attin
git em̄ membrū nobile et freq̄ntius attrahit̄
et etiā imediatus. Quarto nocet aliqd̄ plus
qꝛ fortiorē facit impſſionē. Quinto qꝛ maio=
rem morā facit et plus adheret mēbris Et his
modis plus nocet malus cibus aſſūptus ꝙ̄
malus aer attractus ¶Queritur q̄rto. Vtrū
corpus plus iuuet ſomn⁹ ꝙ̄ cibus: Dicēdū ꝙ
plus grauat̄ corpus amiſſione cibi ꝙ̄ ſom̄i et
magis nccāri⁹ ē cibus ꝙ̄ ſomn⁹. Et ratio eſt
qꝛ ſomnus nō reſtaurat deperditū nec remouet
actionē caloris naturalis ab humido ſubſtātia
li ad cui⁹ conſūptionē aduenit mors: qd̄ facit
cibus ergo etiā eſt magis neceſſari⁹. Item cū
ſint tres v̄tutes ſcꝫ vitalis naturalis aīalis.
Aīalis non ita eſt deeſſe ſicut alie due. Vnde

nutrimentū qȯ r̄n̄det v̇tuti naturali et vitali ē
magis neccāriū ꝙ̄ ſōn⁹ q̇ reſpōdet v̇tuti aīali.
Quīto q̄rit̄ · vtꝝ aer pl⁹ cedat ī nutrimētū
ſpirituū ꝙ̄ cib⁹: Dicēdū ꝙ p̄rio aliq̄d ē nutri-
mū qȯ aſſilat̄ rei nutrite et ī ip̄am ↄuertit̄ et
ſic ſb̄tiliſſima ps cibi ē nutrimētū ſpirituū et
nō aer. Scd̄o dicit̄ aliq̄d nutrimētū ſpirituū
q2 cōfortat eos et tꝑat et h̄ dicim⁹ tꝑamētū
rei qȯ rē cuſtodit et nutrit, vn̄ ꝓportionē h̄et
cū nutrimēto. Et h̄ mō aer nutrit ſpūs q2 re-
creat eos et in tꝑamēto ſuo cuſtodit. et tm̄ de
illo.

Sexta queſtio. Ca. ij.

SExto querit̄ vtrū ex malo cibo p̄t ge-
nerari bonus chim⁹: Dicendū ſm̄ Ha
li ſup tegni ꝙ ex malo cibo p̄t generari bonus
ſanguis et ecōuerſo. Cui⁹ ratio eſt q2 bon⁹ ci-
bus p̄t male digeri et fit mal⁹ chim⁹. Mal⁹
aūt cibus p̄t bene digeri et ↄuerti in bonū hu
morem. Ideo ſciendū ꝙ in om̄i cibo etiā vene-
noſo duplex eſt natura. Vna p quā ē imꝓpor
cionabilis natuē mēbroꝝ: et ſic malus cibus
malū generat humorē: et h̄ ē natura ꝓp̄a ma-
li cibi. Alia ē natura p quā cib⁹ nat⁹ eſt ꝓpor
cionari mēbris et eis aſſilari: et ſic mal⁹ cib⁹
p̄t generare bonū humorē. Qn̄ natura fortis
eſt illam naturā q̄ ꝓxima eſt huic remouet ↄ

bo: remotā āt ducāt ad actū et faciat de malo bo
nū Ecōuerſo āt natuā exn̄te debili illō qō eſt
bonū i potētia nō p̄t ducē i actū ⁊ qō ibi de ma
lo eſt facit ipaz ſuccūbere et fit malus chim⁹.
Septio q̄rit᷑ vtꝝ ſimplex cib⁹ aut mltiplex
ſit magis digeſtibilis: Dicēdū ꝑm dyaſanū
vt patꝫ vltio ſaturnaliū ꝙ ſimplex. Cruditas
eīm ā veīt ex cibi q̄litate ā ex mltitudīe et q̄nti
tate. Ex ſua q̄dē q̄litate i quā cibus cōuertit᷑ ſi
nō ſit aptus humori quē corpus obtinuit: ex
cibi multitudine ad eius digeſtionem natura
nō ſufficiāt. Quia igit᷑ diuerſoꝝ ciboꝝ diuerſa
natura eſt et ſūt quedā que citius digerūtur:
qō prius digerit᷑ et in ſuccū vertitur: dū alia
tardius vertūtur aceſcit. et hoc ſepe etiā eructa
tione ſentim⁹. cū illa q̄ tardius vertūtur velut
ligna viridia vrgente igne fumāt ⁊ ſic eructa
tionē cauſāt. Secūdo qꝛ ex ciboꝝ multiplici
tate gula irritat᷑ et pluſq̄ neccāriū eſt ſumim⁹
quāuis de ſingul᷑ pauca. iō ⁊c. vn̄ Doctes il
los cibos dicit eē vitādos q̄ p̄t eſuriē ſitiqꝫ ſe
dandā iducūt apparētiā et voluptatā Octa
uo q̄rit᷑ vtꝝ p⁹ cibū ſit ſtati ābulādū Dicēdū
ꝙ ē duplex mot⁹. q̄dā ē mot⁹ et labor. et talis
p⁹ cibū nō ɔpetit. Ali⁹ mot⁹ ē ſolū deductio ꝑ
aulā ꝟ ꝑ decliuia arenoſa vt dic̄ yſaac: ⁊ ꝑ iſtū

deprimūtur cibaria ad fūdū ſtomachi vt calor
naturalis prio ſopitus quodā mō excitet· et ille
cōpetit poſt cibū ¶ Nono q̄rit vtrū poſt cibū
ſtati cōpetit ſōn9: Dicēdū q ſtomacho repleto
ſtati nō ꝯpetit ſōn9 qꝛ tūc cibaria adurerent
ſicut dicit Auicēna: ſicut panis adurit i furno
nimis calido Tū qꝛ ſequūtur reumata et dolo
res capitis Et iō ſanū ē vt ꝓtrahat ſōn9 quouſ
qꝫ deſcēderit cib9 ¶ Decīo q̄rit Quare i ſupgre
dientē horā comedēdi deficit appetit9 cibi Dicē
dū q h iō qꝛ ſtomach9 eſuriēs ſbtracto cibo
malos fumos ꝯ hūores attrahit ex ſingul' mē
bris et ex illis ſe reficit et replet fātaſtice et iō
āplius nō appetit· vn̄ p̄cipit Raſis i h caſu vt
bibatur hauſt9 aque calide vel tiſane: vt ſi cō
mode pt fieri ꝓuocet vomitu ¶ Vndecīo q̄rit
Vtꝝ corpa ſint calidiora an̄ cibū vel poſt: Di
cendū q ꝓbabilit' credit' q calor naturalis
et q̄litatiue et q̄ntitatie eſt maior poſt cibū q̄
an̄· Quia dicit Galien9 li· de ſūma medicina
q calor naturalis auget' tripliciť· aut q̄ntita
tiue vt p applicatōez vellorꝫ ſuariorꝫ vel catel
lorꝫ vel puulorꝫ ad ſtomachū· aut q̄litatiue vt
p medicinā; aut vtroqꝫ mō vt p cibū et ſic cor
pus poſt cibū eſt calidius q̄ ante ¶ Duodeci
mo q̄ritur· Vtrū ieiuniū plus ledat colericum

Vtrum post cibum cō potat somnus.

Quare in supgredientem horam commedendi deficit appetitus.

Av.
Corpora sint calidiora ante cibum vel post.

vel flegmaticū. Dicēdū ſm Ipocratē ꝙ colericū: cui⁹ rō ē. q2 i ſtomacho colerico ē caloꝛ foꝛtioꝛ ꝙ̄ i flegmatico: g° plus ꝯſumit: et ꝑ ꝯn̄s plus appetit. Preterea flegma pt̄ ꝯuerti i ſanguinē: colera āt nō. g° flegmatic⁹ hēt itra ſe mām ſāguinis Et ideo magis pt̄ ſatiſfacē appetitui Coleric⁹ āt illā mām itra ſe nō hēt: g° fames eſt acerbioꝛ i colerico ꝙ̄ in flegmatico: ꝑut experientia hoc declarat i vtriſq3.

Questio. Vtrum ieiunium plus cedat Cholericū: vel phlegmaticum.

## Decimatercia queſtio. Ca. iij.

TErcio decimo q̄ritur. Quare aliq̄ ardent̄ appetūt q̄ etiā modico cibo ſedant̄ Alij vero ecōuerſo parū appetunt et cū comedere inceperint foꝛtiſſime comedunt. Dicendū ꝙ hoc eſt ꝑpter ſtomachi diuerſitatē. q2 in aliq̄bus ſtomachus eſt calidus et puus: et q2 calid⁹ multū appetit. q2 vero modicus caloꝛ reſoluit cibū per ſtomachū et facit fantaſticā repletionem et ideo parū de cibo illis ſufficit. In alijs vº eſt ſtomach⁹ magn⁹ et frig'd⁹: ꝑpter hoc ꝙ ſtomach⁹ eſt frigid⁹ parū appetūt: et q2 magn⁹ diu comedūt et mltū accipiūt Quartodecimo q̄ritur. vtrū hn̄tes foꝛtē caloꝛē diutius tolerent famē ꝙ̄ habētes caloꝛē debilem. Dicendū ꝙ habētes caloꝛē foꝛtem facilius et diutius poſſunt ieiuniū ſimpliciť ſuſtinere: q2

Quare. Aliqui ardenter appetunt et tamen modico cibo sedantur. Alij vero parum appetunt et cum comedere inceperint fortissime comedunt.

vt i pluribꝰ tales ſūt fortiores. Eſt tñ diſtin-
guēdū ꝙ i famis moleſtia duo ſūt cōſiderāda
ſcꝫ caloris reſolutio et eius extinctio: et ſic mi
nus moleſtaṫ calor fortis. Scd̄o ſūt cōſiderā
da mala accidētia q̄ ſequūṫ ex fame et ſic plus
moleſtaṫ calor fortis q̄ꝫ debilis ¶ Quintode-
cimo q̄riṫ q̄re hn̄tes poros ſtrictos plus tole-
rāt ieiuniū q̄ꝫ hn̄tes poros raros. Dicēdū ꝙ ē
ideo qꝛ ꝑ poros raros mlt̄ū diſſoluiṫ a corpe
Sꝫ ꝑ poros ſtrictos paꝝ diſſoluiṫ a corpe et
ideo remaēt obiectū appetitꝰ. ¶ Sextodecio
q̄riṫ. vtꝝ colera nutriat. Dicēdū ꝙ q̄uis Ga-
lienꝰ et Iſaac dicāt ꝙ nō: qꝛ ſolꝰ ſāguis nu-
trit. Auicēna v̉o tenet ꝙ etiā colera nutriat.
vtrūqꝫ tñ ſic ↄcordo. Eſt em̄ colera q̄ reponiṫ i
ciſta fellis: ⁊ h̄ nō p̄t nutrie̊ Alia ē colera ncc̄a
ria ſimul currēs cū ſāguie: h̄ nutrit mēbra cole
rica ſicut ſāguis nutrit mēbra ſāguinea ¶ De
cimoſeptio q̄riṫ. vtꝝ īfirmi plus tolerēt ieiu-
niū q̄ꝫ ſani: Dicēdū ꝙ q̄dā dicūt ꝙ ſic. qꝛ in i
firmo calor natuālis reſoluit fumos et plūes
ſpūs ex hūoribꝰ q̄ꝫ i ſano. Sꝫ h̄ nō valet: p̄mo
qꝛ ex hūoribꝰ corruptis nō pn̄t mēbra nutri-
ri nec ſpūs generari. ſcd̄o qꝛ ſic in īfirmo ſūt
plures ſpūs q̄ꝫ in ſano: et qꝛ ſpūs ſūt latores
v̉tutū ergo in infirmo ſūt fortiores v̉tutes q̄ꝫ

in ſano qđ eſt falſū: gͦ et p̄nū· Dicēdū igit̄ ꝙ
hui⁹ ꝙ infirm⁹ plus famē toleret ꝙ̄ ſan⁹ tri=
plex eſt cā· vna ē qꝛ natuā intēta ē circa mor=
bū et ei⁹ mām· ſcđa qꝛ mēbra ſūt īfecta a cor=
rupta mateia vñ nō appetūt· tċia qꝛ v̉tus īfir
mi ē debilis et ſopita et iō min⁹ appetit ¶De
cimooctauo q̄rit̄· vtrū v̉tus ſtomachi fortis
plus tolēt ieiuniū ꝙ̄ debilis· Dicēdū ꝙ v̉tus
ſtomachi fortis pl⁹ appetit cibū ꝫ magis ſu
ſtinē p̄t ieiuniū· debilis v̉o ecōuerſo min⁹ ap=
petit cibū et etiā min⁹ p̄t ſuſtinē ieiuniū ¶De
cimonono q̄rit̄· vtrū q̄ cōſueuit multos cibos
accipere plus ſuſtineat ieiuniū ꝙ̄ ſolitus pa=
rū comedere· Dicendū ꝙ multū comedere ſoli=
tus melius ſuſtinet ieiuniū· qꝛ ꝓpter p̄ceden=
tem repletionē hēt paululū caloris et ideo p̄ot
plus ieiuniū ſuſtinere· in alio accidit ecōuerſo
¶Viceſimo querit̄ vtrū plus moleſtet ieiu=
niū in tēpore calido vel frigido· Dicēdū ꝙ plus
moleſtat ī eſtate ꝙ̄ in hyeme· qꝛ ī eſtate plus
reſoluit̄ a corpe: vñ debet multū dari de cibo
et multis vicibus Sed in hyeme cōpetit de ci
bo ſatis in vna vice ¶Viceſimoſeptio querit̄
quare auidius vorātes citius ſatiātur· Dicen=
dum vt in ſaturnalib⁹ habet̄· qꝛ auide vorā
tes multū aerē cū cibo inferūt p hyatū ruct⁹

et crebritatē reſpirādi· Igit̄ vbi aer venas cōpleuent faſtidiū ꝗbi fit ❡ Viceſimoſecūdo qꝛritur· quare calida edulia facilius cōprimim? ore ꝙ̄ manu ſuſtineam?· Dicendū vt ibidem patet· qꝛ inteſtinus calor q̄ in aluo eſt multo maior et vehemētior exiſtit et ideo q̄cq̄d calidū acapit ſua magnitudīe ꝗcūuenit et debilitat· Et iō reſtat vt q̄cq̄d ori admouens nō vt q̄dā faciūt: hyato nouo ſpū feruori vires miniſtres Sꝫ pauliſper labia cōprimē debes vt maior calor q̄ de vētre ori opitulat̄ cōp̄mat minorē calorē: manus aūt rem feruidā ferre poſſit nullo ꝓprio iuuata calore·ꝛc· Ca·iiij·

[Quare eſuriens cum bibat famem ſubleuet · Non vero e contra.]

V Iceſimotercio q̄ritur· quare ſi eſuriēs bibit famem ſubleuat· Si vero ſitiens comedat ſitis nō ſedatur· Dicendū vt in ſaturnalibus: quia liquori nihil officiāt q̄n ſumptus ad omnes ꝑtes corporis perueniat et venas repleat· Cibi autem natura eſt groſſior et in venas q̄bus non niſi paulatim confectus venit ideo ſitim quā reꝑꝑerit nō ſubleuat: immo q̄cquid foris humoris nactus eſt abſorbetur et ideo ſitis que eſt humoris penuria exinde augetur ❡ Viceſimo quarto quertur· vtrū ieiuni magis ſitiunt ꝙ̄ eſuriūt· Dicēdum ꝙ ſic vt ibidē· qꝛ calor naturalis cōtinue

[Verum Jeiuni magis ſitiant an eſuriant]

agit ĩ alimẽtũ et fomẽtũ ſuũ cõtinue ↄſumẽdo
ipm Et h̾ patẽt ĩ pueris q̊ in etate ĩfantili mul
tũ et magnũ cibũ ꝓpter caloris vehemẽtiã cõ=
ſumũt Videm⁹ ecõuerſo ĩ ſenib⁹ ꝙ facilit̾ to=
lerãt ieiuniũ ꝓpter defectũ caloris ĩ eis In me
dio ãt etate: ſi excitatio calor natural̾ excitat⁹ fue
rit: forti⁹ cibũ appetũt vel q̄rũt ꝓpt̾ penuriã ca
loris Ergo ſi calor ſp̄ ĩ appetẽtia ẽ: liq̊ꝛ ãt pro
priũ alimẽtũ caloris ẽ Cũ ĩ nob̾ alimẽta ex ie=
iunio q̄rãt̾ p̄cipue calor ſuũ poſtulat: q̊ accep
to totũ corp⁹ recreat̾ et patiẽtius expectat ci
bũ ſolidiorẽ ⸿Vicesimo q̇nto q̄rit̾· q̈re maior
eſt delectatio cũ ſitis potu extinguit̾: ꝙ cũ fa=
mes cibo releuat̾: Dicendũ vt ibidẽ: qꝛ potus
vtpote magis penetratiu⁹: ſtomachũ ꝛ corp⁹
ſimul penetrat: et oĩm ꝑtiũ facit vnã maximã
et ſenſibilẽ delectationẽ Cibus aũt paulatĩ in
digentiã cõſolat̾: et ideo delectatio eius multũ
diminuit̾ ⸿Vicesimo ſexto q̄rit̾· quaꝛ eadẽ po
tio fortior videt̾ ieiunio ꝙ cibato: Dicẽdũ vt
ibidẽ ꝙ venas inedia vacuas facit: ſaturitas
obſtruit· Igitur cũ potio ꝑ inanitatẽ penitus
trãſit admixtionẽ delectationis ꝑ vacuũ tran
ſiens guſtu fortiore ſentit̾ ⸿Viſceſimoſeptio
querit̾· vtrũ ſitiẽtib⁹ habẽtib⁹ ſtomachũ ſic
cũ ſufficiat paucus pot⁹: Dicẽdũ ſ̾m Galienũ

ꝙ hn̄tes ſtomachū ſiccū ſūt velociter ſitiētes
et puus potus ſufficiat eis ¶ Cui⁹ ratio dari pt
qꝛ om̄e mēbrū deſiccatū coartat̄ et minorat̄
et minoris fit capacitatis: h̄. cōtingit i ſtoma-
cho ſicco et iō cito et a pauco potu implet̄ Eſt
igit̄ in ſtomacho ſicās magna eo ꝙ in ipō de-
ſiccat̄ os ei⁹ et iō appetit humectari p potū ꝗ
tn̄ puus pot⁹ ei ſufficiat. Quia cū ſiccū et durū
āguſtiat̄ cito replet̄ potu ꝗ puo potu ſitis ei⁹
ſedat̄ vt iā nō ſentiat ſuā iam cōez: deinde cito
redit ¶ Viceſimooctauo q̄rit̄ vtꝝ ſtomach⁹
grauet̄ a potu āpliori: Dicēdū ꝙ ſic ſꝫm Ga-
lienū. Ratio iſti⁹ patere pt ex p̄dictis. Cū em̄
ſtomachus ſiccus ꝓpter ſui anguſtiā puo po
tu repleat̄ ſi potus mul us ſit vltra exigentiā
capacitatis ſue ꝓpt̄ ſui abūdātiā: vt dicit Ga
lienus m̄ltus potus ſupnatat ꝗ fluctuat i ipō
¶ Viceſimonono q̄rit̄. q̄re ſtomnchus humi
dus multū ferre poſſit: Dicendū ꝙ ſtomach⁹
humid⁹ cōtrario mō ſe habet ſtomacho ſicco
Eſt em̄ mollis diſtēſus ad modū vtris remol
lit et ideo eſt maioris capacitatis qꝛ diſtēdit̄
ad diſtēſionē aſſūptoꝝ Et vter mollis maio-
ris capacitatis ē ꝙ̄ ſicc⁹ ita et ſtomach⁹ Et qꝛ
eſt humidus nō hn̄s ſiccitatē īducētē ſitim ideo
nō multū appetit potum ſed multū accipit et

nõ grauat̃ siccus. Et iõ daci et anglici rupte-
ni et poloni et siles multũ bibũt ꝓpter capaci
tatẽ stomachi a molliciẽ huĩditatis. In cali-
dis regionib⁹ vt hyspani et siles mĺtũ sitiũt
et paꝝ sumũt de potu ꝓpter oris stomochi sic
citatẽ et ideo in his stomachus ꝓpter siccita-
tem puam habet capacitatẽ. Ca.v.

Vicesimo querit̃ vtrũ sitis aliqñ ꝓue-
niat ex pte pulmonis Dicendũ ſm Ga
lienũ ꝙ sic. Cuius ratio est qꝛ qñ pul-
mo est calid⁹ et siccus tũc appetit irrigari. Et
ista sitis maxie sedatur p attractionẽ aeris
frigidi: et ꝑ̃cipue q̃ est frigidus et humidus
Tricesimo prĩo querit̃: quare sitis proue-
niẽs ex pte pulmonis sedatur p attractionẽ
aeris humidi et frigidi. Sitis aũt stomachi
p potũ: Dicẽdũ ꝙ duplex ẽ via. vna aeris et
dirigit̃ ad pulmonẽ. Alia cibi et potus et diri
gitur ad stomachũ. Et ideo sitis ꝓueniens ex
parte pulmonis sedatur p attractionẽ aeris
frigidi. que autẽ ex parte stomachi per potũ.
Tricesimo secũdo querit̃. vtrũ sitis sit appe
titus frigidi et humidi vel calidi et humidi:
Dicẽdũ ꝙ duplex est appetitus ĩ corpore. vn⁹
respectu cibi vt restaurent̃ deperdita: et h̃ est
respectu calidi et huĩdi et respectu cuiuslibet

nutrie͞tis. Ali⁊ ē frigidi et humidi vt ꝓhibeat̄ īceſſio et īflāmatio caloīs naturalꝭ: et iſte ē ſimpliciť pot⁊: et ē pot⁊ tm̄ q̄ raro q̄s vtit̄ niſi via medicīe ¶ Tricesimo tercio q̄rit̄. vtꝝ aq̄ plus ſedet ſiti q̄ꝫ vinū dicēdū q̄ vt hēri pt ex dcīs Galieni de ſimplici medicina. ſitis cāt̄ duob⁊ mōis. vno mō ex inanicōe. alio mō ex calefactione et deſiccatiōe cordis. Jlla aūt q̄ ex inanitione mēbroꝝ cauſat̄ maxīe ſedat̄ p vinū qđ eſt cibus et potus. talis eñ ſitis nō ſedat̄ niſi p potū q̄ pt reſtaurarē deꝑditū: humidī eſt vinū et ideo vinū maxīe illā ſitim ſedat. Jlla aūt ſitis q̄ cauſet̄ ex calefactiōe et exiccatiōe cordis eſt duplex. quedā eñ ex ſola caliditate et hec ſedatur p frigidū vt acetū vt dicit̄ ibidē. quedā vero cauſat̄ ex ſiccitate et hͦ ſedat̄ p humidū. Jtē ſitis q̄ cauſat̄ ex caliditate eſt triplex. quedā eñ hēt ortū ex ſtomacho. quedā a pulmone. quedā a mēbris remotis. q̄ aūt hēt ortū a pulmone ſedatur p attractionē aeris frigidi. q̄ aūt a ſtomacho et mēbris vicinis: ſedat̄ p aquā frigidā. q̄ aūt a diſpoſitione mēbroꝝ remotoꝝ vt epatis ⁊ alioꝝ: ſedat̄ p aquā cui aliq̄d ſubtile cōmiſcet̄ et faciēs ipam penetrare. cuiuſmodi eſt acetum. nam aqua in ſe obtuſe actionis eſt et ideo neceſſe eſt aliquid co=

miſcen̄ ei q̄d ſit ſbtile i ſua actiõe: iõ addit a-
cetū

De nocumētis poſt cibū C. vi.

De nocumētis accidētibus poſt cibum vel potū. Primo querit̄ vn̄ cauſat̄ oxireuma id eſt acetoſa eructatio. Ad h' dicēdū ſm Galienū vbi ſup̄ ꝙ acetoſitas fit a calore claudicāte. claudicat āt et deficiat ꝓpt̄ frigus Eſt eñ calor pn̄cipiū acetoſitis: ſed nõ quilibet calor ſ3 calor incipiēs digerere: et nõ potens cõplere. Iſte aūt defectus inducit̄ ſpecialit̄ a frigore ipediente ¶Scd̄o querit̄ quare ſtatim poſt acceptū cibū iſta acetoſitas in ſtomacho non ſentit̄. Dicendū ꝙ cibi in pn̄cipio adhuc ſūt in ſui natura ſicut eſſent extra: ideo de eis nõ p̄t acetoſitas generari. ſed cū iã calor icipit illis digerere: ſequit̄ indigeſtio ⁊ hāc ſeq̄tur acetoſitas et ideo nõ ſtatim ſentit̄ ¶Tercio q̄ritur. q̄re iſta acetoſitas plus accidit dormiētibus q̄ vigilātib9. Dicendū ꝙ in ſomno cibi nõ ſtatim deſcendūt in fundū ſtomachi vbi fit digeſtio ſ3 remanent in ore ſtomachi q̄ ſupnatādo acetoſitatē inducūt. Sed in vigilia hō deambulat et ſic cibaria cõprimūtur et vſq3 ad fundū ſtomachi cõpellūt̄ deſcēdere i quo maxime viget digeſtio q̄ repūgnat cauſe acetoſitatis ¶Quarto q̄rit̄. q̄re dulcia

ſm Auicēnā plus i ſtomacho acēſcūt vt lac et
duriōi: Dicēdū q lac et ſāguis de facili trāſmu
tant̄ et ſtomach⁹ tēptat digerē et trāſmutare
et nō p̄t pficē: fiūt acetoſa ¶ Quinto q̄rit̄. q̄
re vinū maxie acēſcit i ſtomacho Dicēdū q q
vinū et lac de ſui natuā ferūtur maxie pxima
acetoſitati. Et ſtomach⁹ reducāt illud qd ibi
eſt de poñā ad actū et ſic fiūt acetoſa ¶ Sex
to q̄rit̄. q̄re vinū cū ſit calidū nō iducāt mor
bos calidos ſ3 frigidos. Dicēdū q vinū nō idu
cāt morbū niſi replēdo neruos et cerebꝝ: ſ3 re
pletiōes ſequūt̄ idigeſtionē et idigeſtio facit
accedē morbos frigidos Ideo vinū nō hēt idu
cere niſi morbū frigidū ¶ Septio q̄rit̄. vnde
fiāt torſiōes vētris Dicēdū q torſio fit i oib⁹
ptibus S3 torſio ē mltiplex. q̄dā em̄ eſt q̄ p
uenit ex vētoſitate groſſa: et h̄ eſt in fūdo ſto
machi. Alia ex hūoribus groſſis et viſcoſis.
Alia fit ex hūoribus colericis. et iſto mō tor
ſiones et q̄buſcūq3 ptib⁹ icipiūt cōpletionē
habēt in ſtomacho vt pluri mū: cū ſtomach⁹
in illa pte ſc3 in fūdo ſit magis ſēſitiuus. nihil
autē phibet hanc torſionē in q̄libet pte iteſti
norū ſentiri. ¶ Octauo q̄ritur. vtꝝ egri come
dere debeāt ſicut fuerūt ſoliti ſani. Dicendū q
cōſuetudo ē altera natura: vn̄ q̄ ſanus ꝯſueuit

cōmedere multū: eger nequit ſuſtinere ieiuniū ideo dēt refici vberib⁹ ꝙ̄ alius parū comedēs dum ē ſanus: et totiēs quotiēs cū fuit ſanus.

¶Nono qrit. vtꝝ debilib⁹ cōualeſcētib⁹ pl⁹ noceat panis aut caro: Dicendū ꝙ talib⁹ minus cōuenit panis ꝙ̄ caro vt dicit Raſis q2 inter oīa cibaria plus nutrit caro porcina: iō illa caro maxīe eis ꝯpetit cū ſit facilis digeſtionis

¶Decimo querit. vtꝝ febricitātib⁹ plus ꝯpetit caro aut panis. Dicēdū ꝙ duo ſūt cōſiderāda in regimine febris per reſpectū ad carnes Primū eſt facilis digeſtio et ſic plus cōpetunt carnes. Secūdū eſt facilis ꝯuerſio et ſic plus cōpetit panis ꝙ̄ carnes: q2 carnes ꝓpt ſui vnctuoſitatē de facili iflāmant. ¶Vndecimo qrit vtrū cū carnes exhibeant cōualeſcētibus ſtatim vinū debeat exhiberi: Dicendū ꝙ in hꝰ vulgus decipitur. Carnes eīm debēt prius exhiberi ꝙ̄ vinū. q2 vinum inter oīa facile cōuertitur in ſanguinē et ſpiritus et calorē naturalē ergo debet tardius ꝙ̄ carnes dari. ¶Duodecimo queritur. vtrū cōualeſcens ab egritudine debet ſimilit̄ regi per duos dies ſicut in egritudine vel morbo. Dicendū ꝙ ſic propter tria. Primo propter virtutis debilitatē. Secundo propter cōſuetudinē. Tercio propter

diſcraſiā relictā i corpe p morbū Et pt eē racō
q2 a ſolito nō dēt fieri mutacō niſi paulatie: er
go cōualeſcēs dēt idē regimē ad tpus ſuſtinē.
Tercio decimo q̄rit. vtrū cōualeſcētib9 va
leat cibus groſſus Dicēdū ſm Jpocratē q nō
q2 dicit q expedit q ɔualeſcētes nutriātur p
duos vel tres dies eodē regimie q̄ prius. Et ē
ratio q2 p groſſoꝝ replecōez ſbito pmutaret:
qd eēt malū Quarto decimo q̄rit. vtꝝ plus
noceat pmutatio q̄ eſt ab iamitiōe ad replecō
nem: vel q̄ fit a replecōe ad inanitionē. Dicen
dū q ſubita pmutacō ab iamitiōe ad repletio
nē eſt magis nociua q mutacō de replecōe ad
iamicōez ſm Auicēnā et Jpocratē Et eſt rō q2
ex iamicōe pcedēte vtus iacet debilitata calore
naturali et ſpiritib9 reſolutis: g° nō pt ſuſtinē
mltitudinē ciboꝝ neq3 ſubitā pmutacōez ad re
pletionē Quinto decimo querit. q̄re aliq̄s
cibis malis et anguillis et carnib9 vacinis a
febre liberet: Dicēdū q plués aliq̄n p huiuſ
modi cibaria ɔtraria liberātur. tū ɔpter natu
re ſtimulacōez q2 natura poſt huiōi cibaria ac
cepta magis eſt alleuiata: vn̄ volēs ſe exonera
re pcipitat ſe q̄nq3 ad bonū q̄nq3 ad malū. tū
etiā ɔpter nature cōfortationē q2 cōfortat p
cibaria ɔſueta et iō cū vtus eſt fortis p huiōi

cibaria excitatur et euadit. Et si ē debilis suc=
cūbit et tūc in plurib⁊ suffocat.

Questiones de pane. Ca. vii

DE pane q̄rit prio q̄re panis triticeꝰ est magis nutritiuꝰ q̄ꝫ ordeaceꝰ. Dicendū ſm Aristotelē in pbleumatibꝰ qꝛ moderatā viſcoſitatē hꝫ: hꝫ em̄ optet cibū hr̄e qꝛ optet cōglutinari et cōſolidari corpi cuiꝰ cōglutinatiōis cā ē viſcoſū. Scd̄o qꝛ est incōmiſcibiliꝰ ꝓpter hꝫ ꝯfecte maſſe nutribilioēs sūt eis q̄ nō cōſtituūt. Scd̄o q̄rit. q̄re panes frigidi vi=dent̄ albioēs calidis Dicēdū vt ibidē ꝓpt eā=de cām Cauſa em̄ nigredis ē aq̄ hꝫ āt vtriſqꝫ plus ieſt recētibꝰ exn̄tibꝰ: āt iq̄s em̄ ꝓpter cō=tinuam exalationē minꝰ relinq̄tur: in calidis āt panibꝰ adhuc ieſt de humido et aq̄: in frigi=dis vo iā egreſſuꝫ ē. s. cū calido exalās Ter=cio q̄rit. q̄re ceteris panibus nō ſalliti panes pōderoſiores sūt ſallitis. Dicendū vt ibidē qꝛ ſal deſiccat vn̄ et ſallita a putrefactiōe preſer=uant. Cōſumit̄ em̄ et deſiccat̄ humidū a ſale i pane et exalat extra. ꝓpter qd̄ vetēs panes et frigidi leuioēs sūt calidis In nō ſallitis ve=ro humidi plus exn̄s facit eos grauiores q̄ꝫ ſal=litos Quarto q̄ritur. q̄re panes triticei nō sūt duri cū ifrigidātur: Dicēdū vt ibidē q̄ꝫ tris

ticū hēt in se q̄ndā̄ dulcē et viſcoſū humorē q̄ eſt ipius ſicut aīa qui nō patit̄ ipm indurari.
Quinto q̄ritur. q̄re paſta triticea cōfecta ſit maior: ordeacea vero minor. Dicēdū vt ibi dē q2 farina ordei ↄfecta et īfuſa reſidet humidi cōglutinatiōe ꝓpter illud ꝙ rara ē et cortical'. Farina v̓o triticea ſbleuat̄ ꝓpt̄ illud qd̓ multū eſt denſa. denſa eñ ↄfecta caleſiūt: calefacta et īſpirata ſbleuant̄ Sexto querit̄. q̄re paſta triticā cōfecta ſit alba. ordei v̓o nigra dicē dum vt ibidē ꝓpter duo. p̄io q2 deſiccat̄ magis qd̓ eſt ſupficiale ī farina vt ī humido calidum qd̓ facit albedinē. ſecūdo q2 calidū attrahit humidū ī ſe cū ſit magne ptis. triticea āt calidior ē ordeacea Septimo q̄rit̄. q̄re mel cū ſit cōglutinati9 ꝙ̄ aqua: farina q̄ cōficit̄ cū melle fragilior ē qn̄ coq̄tur ꝙ̄ ea que cū aqua. Dicendū vt ibidē. q2 aq̄ quidē ab igne cōglutinat̄ et coagulat̄. mel āt cōglutiāt et deſiccat ꝓpt̄ qd̓ ē magis fragile. Fragilitas eñ a deſiccatione fit. Octauo q̄ritur. q̄re panis fact9 ex granis nouis peior eſt ꝙ̄ factus ex antiq̄s. Dicendū ꝙ in granis nouis eſt multa humiditas viſcoſa et aquoſa et illaudabilis ī ſua nouitate Et iō panis inde fact9 nō ē ita bonus ſicut panis factus ex antiq̄s.

C·Onſeqnter videndū eſt de vino· De q̄ primo q̄ritur· vtꝝ expediat ſemel inebriari vino in mēſe vt dicit Auicēna in cāti·et Raſis i almāſoris Dicendū ſcḋm cōmētatorē ſup cātica Auicēne: q̄ aſſenſus in ebrietatem ſemel in menſe eſt erroneus· Quoniā licet vinū ſcḋm Galienū ſit vnū ex magis cōuenientibus calori naturali: et ſic reſpectu eius i gradu in quo eſt oleū ad lumē et ad ignē Tamen ſicut multū et ſupfluum oleum extinguit ignem et lumen ſic multū vinū calorē naturalem· Et ideo ſi ipm vinū eſt limphatū eſt ex magis cōuenietibus calori naturali· Nihilominus eſt ex magis nocētib⁹ calori aīali et ſenſibili et organis eius cerebro et neruis· Et ꝓpter h̄ vt dicit Galien⁹· Aqua multis ē vtilior vino: eis ſcꝫ q̄ naturalit̄ hn̄t debiles neruos· Secūdo q̄ritur· q̄re bibētes vinū limphatū magis patiātur crapulam q̄ꝫ bibentes vinū purū: Dicendū ſcḋm Ariſtotelem tercia ꝑte ꝓbleumatum: q̄ huius triplex eſt cauſa· prima qꝛ temperatū ꝓpter ſubtilitatem plura ingreditur loca et anguſtiora· intēperatū vero minus: qꝛ difficilius educabile· ſecunda qꝛ minus bibunt de intēperato ꝓpter illud quia

nō pn̄t et de tpato magis·tercia q2 intpatū
exn̄s calidi⁹ ſimul digerit reliq̄:vinū vō lim=
phatū a d̄no ¶Tercio q̄rit·q̄re de vino intē
perato magis dolet caput q̄ de tpato: Dicēdū
vt ibidē q2 intpatū groſſuʒ exiſtit i poros ar=
ca caput nō icidit potēcia ipſius:odor et calidi
tas·tpatū āt mixtū aqua ſbtili ingredit̄ ipa·
¶Quarto q̄rit·q̄re vinū tpatū magis facit
vomē q̄ intpatū: Dicēdū vt ibidē q2 faſtidio
ſū eſt·vn̄ limphatū ſupnatabile ē. tale aūt eſt
vomitiuū ¶Quinto q̄rit·q̄re pueri calidi exi
ſtētes nō ſūt amatorēs vini·Senes āt et viri
fortes calidi exn̄tes amatorēs ſūt vini Dicēdū
q2 viri ſūt calidi et ſicci:pueri vō calidi ⁊ hu=
midi·vini āt potus ē deſideriū humidi humiditas
aūt ꝓpa inexn̄tes pueris a potu ꝓhibet:et ſic
ſiccitas inexn̄s ſenibus et viris fortib⁹ ad potū
ꝓuocat ¶Sexto q̄rit·cur vinū defecatū for
tius ē virib⁹ ſʒ min⁹ durabile Dicēdū ſm Ma
crob iiii q̄rto ſaturnaliū q2 nullo firmamēto i
nixū eſt vndiqʒ ad noxā expoſitū eſt· Fex aūt
vino ſuſtinēdo et alēdo et virib⁹ ſufferēdis q̄
ſi radix eſt ¶Septimo q̄rit·q̄re vinū imode=
rate ſūptū generet morbos calidos et frigidos
Dicendū ſm Cōſtantinū et Galienū:q̄ licet
vinū ſit calidū iduāt tn̄ morbos frigidos·Eſt·

tñ ſciẽdũ ꝙ ĩ vino ſũt due opatiões·pria eſt
calefacẽ et ſic plus ĩducãt morbũ calidũ ꝙ̄ fri
gidũ·ſcd̃a ẽ cerebꝝ replẽ et neruos ĩbibẽ·Et
ſic cũ a vino fum̄i euaporẽt frigidi:induat re
pletionẽ remollitionẽ et ĩdigeſtionẽ:et ſic cau
ſat morbos frigidos ¶ Octauo q̄ritur·q̄s hu
mor plꝰ a vino generet̄:vtꝝ ſãguis vel fleg
ma Dicẽdũ ꝙ qꝛ vinũ ĩducãt morbos frigidos
vt priꝰ viſũ ẽ plꝰ gencãt hũores fleḡticos ꝙ̄
alios:Et ẽ rõ·qꝛ cũ multũ recipit̄ de vino nõ
digerit̄ plenarie·et ſic cũ oĩs abꝰ indigeſtꝰ ĩ
hũorẽ fleḡticũ ꝯuertit̄:a vino plꝰ flegma ge
nerat̄ ꝙ̄ aliꝰ humor·Sꝫ ſi vinũ moderãte ſũi
tur:plus humor ſãguineus de ipõ generat̄·
¶ Nono q̄rit̄·vtꝝ vinũ noceat cẽbro·Dicẽdũ
ſm Iſaac ꝙ ſic qꝛ Galienꝰ etiã dicit ꝙ vinũ
ledit cerebrũ et ꝯfortat ſtomachũ Licet gͦ vi
nũ ĩ prĩo ſui aduẽtu calefaciat qꝛ tñ multũ eſt
vaporabile ſic cẽbro nocꝫ maxĩe replẽdo et ner
uos ĩbibẽdo ¶ Decĩo q̄re vinũ forte nocet cere
bro et cõfert ſtomacho:vinũ ãt debile ecõuer
ſo:Dicẽdũ ꝙ ſtomachꝰ dꝫ digerere et qꝛ di
geſtio ſit p calorẽ:vinũ forte adiuuat ipm̃ in
hac opatione ſed debile deficit Sed q̄nto vi
nũ eſt fortiꝰ tãto pluẽs ab eo vapores eleuãt̄
et ſic quãto fortius tanto plus nocet cerebro

¶ Vndecimo q̄ritur· q̄re vſus vini īduat oxireuma plus in ſtomacho q̄ꝫ aqua Dicendū qꝫ nō fit oxireuma in ſtomacho niſi digeſtio eſt inchoata: et vinū excitat calorē naturalē ad digerendū: et eſt facilis digeſtionis ſicut et lac Ideo ſicut ex ſūt apta ad acetoſitatē: ſiliter in ſtomacho facilit̄ aceſcūt ¶ Duodecīo· vtrū vinum cōfortet calorē naturalē plus q̄ꝫ cibus· Dicēdū ſm̄ Iſaac qꝫ ſic: et ē ratio· qꝛ facili⁹ et velocius cōuertit̄ in calorē naturalē ip̄m cōfortando q̄ꝫ cibus· Sed cibus iā cōuerſus plus reſtaurat dep̄ditū et diuti⁹ cōfortat et ꝯſeruat ¶ Vltimo q̄ritur· vtꝝ ſi vinū dandū ſit infirmis: plus expediat vinū nouū q̄ꝫ vetus Dicendū qꝫ licet vulgus faciat oppoſitū et erret: ſalubrius tñ̄ eſt īfirmis nouū q̄ꝫ vetꝰ· Et ratio eſt· qꝛ vinū q̄ntomagis ē nouū tāto min⁹ inflatiuū eſt: ergo plus eis ꝯpetit q̄ꝫ antiquū

De carnibus Ca·ix·

Poſtea de carnib⁹ eſt videndū· Et p̄mo q̄rit̄· quare carnes validiores citi⁹ digerātur Dicendū ſicut in ſaturnalibus qꝫ in hoīe calor naturalis ē fortis q̄ reſiſtē tē materiā fortiter īuadit vt vnitā et cōſumit Leuem v̓o ac tenerā petit et citius in cinerē q̄ꝫ ſucꝝ cōuertit· ſicut forcia ligna ī carbonū fu

ſta vtunt᷑·palee vͦ ſi in ignē ceciderīt vix ex
eis reſtat cinerē vidē· Sic potētior mola am
pliora grana ↄfringit ꝛ minora itegra tñ ſ nit
tit Vetus etiā minim⁹ abietes et q̈rcus eucl
lit: caminos vͦ facilit᷑ nō frāgit Sic calor na
turalis fortia digerit: carnes vͦ teneras q̄nqꝫ
pertrāſit· ¶ Scd̄o q̄ritur· q̄re triture carniū
ſūt indigeſtibilioēs· Dicendū vt ibidē ꝙ leui
tas quā tritua pſtat facit ꝙ inatet cibo humidō
quē in medio ventris iuenerit nec adhereſit an=
ti ſtomachi· ſicut patet: q2 ipm tritū mox ī a
quā piectū natat vñ in ſtomacho tardi⁹ coq̄
tur ¶ Tercio q̄ritur· vtrū carnes aſſe vel elixe
ſūt humidiores· Dicendū ſm Ariſtotelē q̄rto
metheororꝫ ꝙ aſſe· In aſſis cū p calorē ignis
ptes exteriores cruſtant᷑ et pori p conſequēs
claudūtur vt interior humor nō valeat exu=
dare· In elixis vero pori exteriores p calidum
et humidū aque remolliunt᷑ et aperiunt᷑ vt i
terius humidum exudet· Et ideo carnes aſſe
exterius videntur ſicciores: interius vero ſunt
humidiores· carnes vero elixe econuerſo·
¶ Quarto querit᷑· quare lumen lunare plus
putrefacit carnes animalium occiſorum q̄
ſol· Dicendum quoqꝫ ꝙ ſicut videtur ꝙ nulla
putredo fit niſi calor et humor conueniunt·

Pecudū āt putredo nihil aliud eſt ꝙ defluxio quedā latens:ſoliditatē carnis in humorē cōuertēs. Calor ſi tꝑatus ſit et modicus nutrit humores. ſi min⁹ exiccat et extenuat. Ergo de talib⁹ carnib⁹ ſol vt calidior totū humidū extrahit et eas exiccat. Lunaē vero lumē in q̊ nō manifeſt⁹ eſt calor ſ ocult⁹ tepore:aucto humore putrefacit maxīe. Quia neſcio q̄ ꝓꝓetas eſt lunaris luīs ꝙ humectat corpa et velut occulto rore madefacit. Cui adiūctus calor lunaris putrefacit carnē cui diutine fuerit īfuſus.

De ouis. Ca. x.

R Eſtat nūc aliq̄ in ſeq̄nti caplo de ouis inq̄rere Et pr̄io q̄rit̃. vtrū vitellus vel albumen ſit calidius: Dicendū ꝙ inter om̄es humores ſanguis eſt calidior caliditate tēperata. Qd̓ ergo ꝓpinquius eſt ſāguini eſt calidius:vitellus eſt huiōi. Preterea epar eſt calidius mamillis:et ſāguis lacte:ſed vitellus ſe habet vt ſāguis ī epate reſpectu albumis ergo ꝛc. Secūdo q̄ritur. quare vitellus in aqua poſitus deſcēdit:albumen vero ſupernatat:Dicendū ꝙ albumen oui eſt multū viſcoſum et adherens illi cui adiungit̃ ideo propter viſcoſitatem eius in aqua ſupornatat. vitellus vero propter eius denſitatem deſcendit.

¶ Tercio q̄ritur· q̄re oua ī auib⁹ ſūt maioris
quātitatis et pauciora q̄ꝫ in piſcib⁹: Dicendū
ꝙ magnitudo ī cōtinuo fit a forti calore: ſꝫ mlᵗ
titudo ī diſcreto ē ex ꝑte mateie qꝛ mā eſt ꝑn
cipiū diuiſiōis Et qꝛ volatilia plus hn̄t de ca
lore q̄ꝫ piſces: ideo oua mḡna hn̄t ī cōtinuo: et
pauca ī diſcreto· ecōuerſo ē ī piſcib⁹ ¶ Quar
to q̄rit· q̄re in auib⁹ oua ſūt dure teſte: ī piſci
bus v̍o mollis Dicēdū ꝙ piſces effūdūt oua
ſua ī loco humido iō nō idigēt dura teſta. Sed
volatilia ī loco duro et ſolido reponūt ſua oua
vt ī tra: ideo dura teſta idigēt ꝓpt ꝓhibicōez
ꝯrij et nocūi donec fetus ꝓueniat ad ꝑfcāꝫ for
matonē ¶ Quinto q̄rit· q̄re oua ī volatilib⁹
ſūt diuerſi coloris: in piſcib⁹ vero nō: Dicēdū
ꝙ qꝛ ī volatilib⁹ eſt calor fortis q̄ poteſt ſepa
re ea q̄ ſūt diuerſe nature vt vitellū ab albu
mine. In piſcibus āt eſt calor debilis: ideo nō
poteſt ſepare ¶ Sexto q̄ritur· q̄re in piſcib⁹
ſūt oua rotūda: in volatilib⁹ oblonge figure:
Dicēdū ꝙ calor mouet a cētro et maxime ad
figurā piramidalē: qđ patet in flāmula ignis
que tendit in conū et ſi lata ſit in baſi· Et ideo
qꝛ calor fortior ē in volatilib⁹ q̄ꝫ in piſcibus:
oua volatilis ſūt oblōga: piſcis rotūda qꝛ ca
lor debilis diſpergit in girū ¶ Septio q̄rit

quid rūpat teſtā in exclusione pulli. Dicendū ꝙ illius aſſignat̃ duplex ratio. vna eſt q2 teſta in cubatiōe mollit̃ et ſubtiliat̃: ſicut fit in aceto ſi ſit in illo ꝑ nouē dies. Alia eſt ex ꝑte rūpentis: q2 qñ deficiat nutrimētū pullo reqrit plus de nutrimēto et ſic ꝑforat teſtā vt nutrimētū adqrat ¶ Octauo qrit̃. qre vitell9 oui i pleno lu ie ouati ſordes lauat a pānis Dicēdū ꝙ hui9 cauſa eſt q2 gutta ſaginata in medio ꝑuiaq3 generatiōe exiſtens calorē penetrantē et diuidentē maculas ex multo lumie lune tūc humidū mouente cōcipit: qd̄ in alio tpe facere nequit ¶ Nono qrit̃. qre quedā oua in igne ſtrepūt: quedā nō: Dicendū ꝙ illa ſtrepūt in quib9 eſt magna vētoſitas a quibus cū teſta findit̃ violenter exit vētoſitas cū magno impetu et ſtrepitu. Et hoc cōtingit qñ calor exterior eſt fortis. Vñ ſi ouū volatilis ponat̃ in medio ignis: cito rumpit̃ teſta et cū violētia et ſtrepitu exit vētoſitas. qd̄ tñ nō cōtingeret ſi ignis eſſet minor Sed in ouis piſciū maior eſt vētoſitas ꝓporcionaliter: ideo multū ſtrepunt in igne: vt pt3 in alece.

De piſcibus. Ca. xi.

Hic nunc aliq queſtiūcule ſubiūgunt̃ de piſcibus. Et primo querit̃. vtrum

piſces comedāt pullos ꝓprios dicendū ꝙ ſic
tum qꝛ ſūt guloſi ꝓpter frigiditatē ſtomachi
tum qꝛ habēt ſenſus obtuſos:et ideo nō diſ⸗
cernunt pullos ſuos inter alienos:et ſūt aui⸗
de guloſitatis·Et ideo indifferēter trāſglutiūt
pullos ſuos et alienos ¶Secūdo ꝗrit̃·vtrū
piſces maſticent cibū·Dicendū ꝙ nō·pͥmo qꝛ
ſi maſticarent ſuꝑflue ingrederet̃ aqua et fa⸗
ceret ad ſuffocationē et ſubmerſionē ipſoꝝ·
Secūdo quia ſūt animalia guloſa et auide ra
piunt et nutrimentū ſuū indiuiſim trāſglutiūt
¶Tercio querit̃·quare pluuia cōuenit piſci⸗
bus et nocet auibus:Dicendū ꝙ piſcibꝫ ma⸗
xime cōuenit aqua dulcis:quia ſolū dulce nu⸗
trit·vñ piſces nutriūtur aqua cōmixta cū lu⸗
to et argilla·Aues vero viuūt in aere et volā
do querūt victum ſuū·Penne autē alarum ea
rum a pluuia cōglutinātur et ſic impediūtur·
in volādo·Vel poteſt dici ꝙ pluuia abūdans
nocet vtriſqꝫ qꝛ incurrūt opilationes nutriti
uorum mēbroꝝ ꝓpter dulcedinē talis aque·
Quia dulcia ſcḋm Galienū opilant mēbra nu⸗
tritiua ¶Quarto ꝗritur·q̄re oua piſciū in ig
ne plus ſtrepūt q̄ alia· Dicendū ꝙ qñ ignis
ita fortis eſt ꝙ plus reſoluit q̄ cōſumit:tunc
ſcindūtur et rumpūtur oua in igne:vt etiam

in caſtaneis ptz· qñ vo ignis ē tpatus: ꝙ tm̄
cōſumit q̄ntū reſoluit: tūc nō ſcindunt nec ru
gūtur. Et oua piſciū faciūt ſtrepitū ꝓpter vēto
ſitatē īcluſā: q̄ exiēs p foramē puū facit ſonū·

De leguminibꝰ Ca·xii·

P Oſt h̄ etiā aliq̄d de leguminibꝰ ad'
diendū eſt· Et p'o q̄rit quae ſm̄ Ga
lienū podagra maxīe acādit comedē
tibus legumia: Dicendū ꝙ q2 ſūt dura et ven
toſa et nō facile digerunt: ideo ꝓpter indige
ſtionē maxīe cōuertunt ad flegma: vñ preci
pue generat flegma ex q̄ ꝓuenit podagra li
cet p accidēs· ¶ Secūdo querit· quae fabe cū
ſint ventoſe p decoctionē ſuā ventoſitatē nō a
mittant ſicut ordeū: Dicendū ꝙ hoc eſt: q2 fa
be de ſui natura plus hn̄t vētoſitatis ꝙ ordeū·
Aut q2 fabe groſſe ſūt ſubſtāciē et ꝯpacte: or
deū aūt nō· Et ideo facilius ab eo remouet ven
toſitas ꝙ a fabis· vñ dicit Iſaac ſm̄ Galienū
fabis coctis ventoſitatē auferre nō poſſumꝰ ſʒ
per fortē decoctionē minuimꝰ ¶ Tercio queri
tur· vtrū lentes cōdite cū aceto poſſint dari in
acutis: Dicendū ꝙ Auicēna ſētit ꝙ ſic· Galie
nus vero ꝙ nō· Dicendū ergo ꝙ lentes condi
te cū aceto in febre cū apoſtemate nullo modo
cōueniunt: q2 meatus exaſperāt et reſtringūt

et ſic loq̃tur Galien⁹. Sed lentes cōdite i aceto ex ɔ̄rietate cōpetūt i febre ſine apoſtemate: et ſic loq̃tur Auicēna.

De olenbus Ca. xiii.

Requirit̄ de olerib⁹. vbi p̄rio q̄ritur q̄re caulis ſoluit ebrietatē. Dicēdū ſm Ariſtotelē tcia pte ꝓbleumatū. q2 ſucū dulcē facit et purgatiuā habet v̄tutē. vn̄ et medicā in ipſo cliſterizant ventrem. vnde accidit ebrijs ipo vtētib⁹ euellē huida q̄ ſūt in ipis vinoſa idigeſta Jpo v̄o in ſupiori vētre derelicto iacipit ifrigidari corp⁹: ifrigidato āt huida ſbtilia cōuenit ferri i veſicā. Quaē vtriſq3 huidis expulſis p corp⁹ ifrigidatū merito ſine crapula fiet. Scd̄o q̄rit̄. q̄re portulaca ſoluit cōgelationē dentiū Dicēdū ſm Ariſtotelē ibidē ſcd̄a pte Quia huiditas portulace igrediēs ſua viſcoſitate extrahit acutū qd̄ eſt cauſa cōgelacōnis: ſimilit̄ lac liq̄faciens extrahit acuitatē.

Tercio q̄ritur. q̄re allia et cepe q̄nto i ſiccioři plantāt̄ meliora ſiūt: alibi vero deteriora. Dicendū vt ibidē pte p̄ria. Quia oīa talia ſiūt maxime huiditate plena: bene aūt tpata ſiūt hoc mō plantata: et q2 minus putreſiūt q̄re deſiccātur anq̄ꝫ plantent̄. Quarto querit̄. quaē magis fetēt allia vetera q̄ꝫ noua Dicēdū

vt ibidẽ: q2 iuuenib9 multũ humidũ admix-tũ et extraneũ aufert potentiã eoꝝ. Qñ autẽ maturãtur ſegregato illo ꝓpriũ hñt odorẽ. ſʒ ãt naturalit̄ eſt acut9: ſilr̄ et alij fruct9 viri des exñtes aq̄ſiores ſũt ¶ Quinto q̄rit̄. quare ruta fetidos ſudores faciat: Dicẽdũ vt ibidẽ q2 i q̄ꝝ odore eſt ĝuitas et acuitas: ſʒ cõmixta ſup fluis huĩditatib9 malũ faciũt odorẽ. Et ideo e tiã vrina comedẽtiũ alliũ etiã fetet. ¶ Sexto q̄rit̄. q̄re origanũ immiſſuʒ muſto dulce vinũ fa ciat. Dicẽdũ vt ibidẽ. q2 aufert ea p̄ q̄ auſteri-tas fit: aqueã et feculẽtã recipiẽs ſiccitatẽ i ſe ipm̄ Sicut ſi i ſole ponant̄ vue multo tp̄e: ſol aufert aqueũ humorẽ et reliquũ digerit. itez faciat organũ calidũ et ſiccũ.

## De fructibus. Ca. xiiii

DEinde de fructibus eſt aliq̄d ſubnectẽdum. Et p̄mo querit̄. cur comedentes ficus molles et dulces ledũtur in dentib9. Dicendũ ſᵐ Ariſtotelẽ. xix. p̄te ꝓbleumatũ ꝙ ꝓpter viſcoſitatẽ q̄ aducnit lignis interdũ p̄ dentes. et q2 ſũt molles putrefactionẽ faciũt velocit̄ ſicut calida exceſſiua: fortaſſis ãt ꝓpter maſticatõem et eaꝝ duriciẽ dolent dẽtes velo-citer ¶ Secũdo q̄re comeſtio ficuũ generat pe diculos. Dicendũ ꝙ q2 ficus ſũt cito putrib'

les et corruptibiles hñt ꝓpetatē educēdi hūo
res corruptos ad ſupficiē cutis:et ex talibuꝫ
hūoꝛib⁹ pediculi generātur·vñ dicit Auicēna
ꝙ fic⁹ valēt ad generādū bonū coloꝛē:q2 ſan
guinē educūt ad ſupficiē cutis et ita emēdāt
coloꝛē ¶Tercio q̄rit᷑·q̄re dulcib⁹ fructib⁹ ſa
ciamur citi⁹ ꝙ̄ acetoſis·Dicēdū vt ibidē q2 in
digētia eſt qñ āplius nō hēm⁹ nutrimētū aut
modicū Acetoſa āt modicū nutrimētū hñt ſu
pfluitatē āt multā:merito g° talia plus appe
timus comedere et nō replemur ex eis ſm deſi
derium·Dulcia vero oīno ſunt nutrimentū et
a puis talibus q̄s plus accipit nutrimentū et
nō amplius p̄t comedere· Jdeo citius dulcib⁹
ſaciamur ¶Quarto querit᷑·quarē vinū bibitū
poſt putridos fructus amarū videt᷑· Dicendū
vt ibidem:quia amaritudinē habet putredo
talis·quod igitur remanet in lingua mixtum
potui et diffuſum:amarū facit potum ¶Quin
to querit᷑·cur poſt ſtiptica vt glandes et hu
iuſmodi vinū videtur dulcius et potus· Dicen
dum q2 ſtipticis lingua pꝛeparat᷑ et poꝛi ape
riuntur vt dulce magis tranſeat· Etenim res
que tingūtur pꝛopter hanc cauſā pꝛimo ſtip
ticis infunduntur vt magis recipiant tinctu
ram· ¶Sexto etiā queritur·quare pira ſm

Dyaſcoride ieiunis ſunt nociua· Dicendū ſcḋm Iſaac de dietis libro 2° · q dyaſcorides inten-dit ſi pira ſumant a ieiunis ſine neccātē ſcḋm appetitū ſolū ad ſaturitatē ſumant̄ p̄cipue ſi ſtiptica ſūt: q2 tūc colericā generāt paſſionē du-rā et icurabilē et ieiuni plus q̄ ſatui comedūt Satuis āt ſalubꝛiora ſūt ad ſtomachi pcuſſi-onē et expulſionē cōtētie v̓tutis īferioꝝ Stip-tica v̓o ſūt ſb̄tiliora et tpantiora et magis nu-triunt.

De ſale· Ca·xv·

Que eſt rō diuerſoꝝ effectuū q̄ in ſale reperiūtur Dicendū ſcḋm Albertū ſup Mat·ca·v·Salis natura ex aq̄ gene-rat̄ cū terra· Quia ex q̄rto metheoroꝝ oē qḋ liquat̄ frigido humido de genē terre eſt q̄ntū ad materiā Sic omē qḋ liq̄tur calido ſicco de genē eſt aq̄ ſicut oīa genera metalloꝝ· Terra aūt mutat̄ in ſal qñ a feculentia lota eſt in hu-mido et cōburente calido ſicco poſt eā coagulā-te exiccata: et ideo ſal terre ſiccū eſt p calidū i humido aquoſo cōbuſtū et ideo vicini⁹ eſt ſa-pori amaro: q2 amaritudo eius reſultat agēte calido cōburēte i terreſtri ſicco Ex tali igit̄ na-tura ex calido ē amarū ꝛ ſiccū: ꝛ ex amaro moꝛ-tificatiuū eſt vermiū: et ex ſicco exiccatiuū hu-midi putreſcētis: et ſic impedit putrefactionē

et p ꝯñs ipedit ferorē. Et qꝛ īduát ſicátatē et humidi deſtructionē et incēſionē ideo generacō nē ipedit et terre fecūditatē: et qꝛ acumē hēt a calore adurēte ideo acuit id cui pmiſcet̄ Et qꝛ ſicátatē habet amarā ideo abhominabilē habet saporē et puocat ſitim ppter ſicátatē ppt̄ acumē tñ diſſolutiuū eſt. Et cōmixtū ſaporib9 aliis facit eos penetrare i lingua ⁊ ſic odit ſapores alios Adhuc hēt naturā q̄ videt̄ mirabil̄ qꝛ p ſilitudinē quā hēt extrahit aliqñ ſal. Et ideo piſces ſalſi et caro multū ſalſa poſita i aq̄ recēti ſalſa efficiūtur min9 ſalſa: et citius extrahit̄ ſal q̄ p aquā dulcē Vltio q̄ritur. q̄re ſal piectū i igne crepitat Dicēdū ſm eūdē ſup q̄rto metheororꝫ qꝛ ſal hēt i terreo cōbuſto admixtionē hūoris. iō piectū ſup ignē crepitat Quare ſal p̄ſeruat a corruptōe vide ſup̄ Caro.

## De melle Ca. xvi.

Conſequēter aliq̄d de melle dicendū ē Vtrū mel recens melius ſit vetuſtor Dicendū vt in ſaturnalib9: q̄ ſecus eſt de melle et de vino. qꝛ mel recentiſſimū: vinū vero vetuſſiuū eſt melius. Et ratio eſt. qꝛ vini natuā eſt humida: mellis arida. Cui9 ſignū eſt i mediciña. Quia q̄ humectāda ſūt vino fouētur: q̄ ſiccāda ſūt melle detergūt̄ Ideo lōginq̄tate

tpis ĩ ambobꝰ aliq̈d cõſuitur de vtroq; et ſit
vinũ meracĩꝰ et mel acidiꝰ. Et ita mel ſucco p̄
uatur ¶ Querit̃ ſcd̃o. q̃re ſi mel ĩ vini vaſe po
nat̃ feces ipiꝰ vini ſurſũ eleuat cũ tñ p appo-
ſitionẽ q̃rũcũq; alioꝝ fex tãq̃ g̃uior locũ infe
riorẽ teneat Dicẽdũ vt ibidẽ dr: q2 fecis mate
ria q̄ vt ſpiſſa et terrena ceteris hũoribꝰ pondẽ
p̄ſtat: melle vincit̃. Mel eñ g̃uitate naturali
deorſũ ad fũdũ decidit et fecẽ vt leuiorẽ ſurſũ
pellit

## De oleo. Ca. xvii.

Sequit̃ de oleo. Et p̄io q̄rit̃. q̃re oleũ
in ſupmo: vinũ in medio: mel in imo
meliꝰ reputat̃. Dicẽdũ vt ibidẽ dicit̃:
q2 mel q̄ optimũ eſt reliquo põderoſius ẽ. In
vaſe g° mellis qd̓ ĩ imo eſt meliꝰ eſt In vaſe
v̓o vini ps iferior a mixtiõe vini nõ turbulẽ-
ta Sz deterior ẽ ps ſũma aeri vicina. corrũpit̃
eñ eiꝰ admixtõe. Vñ agricole nõ cõtẽti tecto
dolia cooperiũt et defodiũt et ab intrĩſecis mu
niunt remouẽtes a vino q̃ntũ pñt aeris cõta-
gionẽ a q̊ manifeſte ſic ledit̃ q̄ in vaſe pleno
vix cõſeruet̃. Et ideo vinũ ĩ medio vaſis aeri
minꝰ ꝓpinquũ eſt et ab vtraq; noxa remotiꝰ
et ideo meliꝰ reputat̃ ¶ Scd̃o q̄rit̃. q̃re oleũ
in vaſe ſemipleno diu tentũ emẽdat̃. Dicẽdũ
vt ibidẽ dicit̃: q̄ aer intrat ĩuacuũ et ſupfluũ

humorē exiccat·oleū ſiccatū illo humore qui
in eo latuit abſterſo adq̄rit nouā ſuauitatē
ſaporis ¶Tercio q̄ritur·q̄re oleū cōgelat᷑ vi=
num raro: Dicendū vt ibidē·in oleo cauſa con=
gelationis eſt q2 lenigati⁹ et ſpiſſius ē facilio
ra ad coeundū vident᷑ q̄ lenigatiora ſūt et den
ſiora·Vino aūt nō cōtingit tanta mollicies et
eſt multo oleo liq̄dius ergo ⁊c· ¶Quare ace
tum cū ſit frigidiſſimū nō cōgelet᷑ cū tñ frigi=
diora gelu facili⁹ cogant᷑ Dicēdū vt ibidē: q2
acetū eſt liq̄dius int᷑ ceteros hūores et tanto
acerbi⁹ nec ſit acute triſtificū exēplo marine
aque: ipa q̄z amaritudīe ſua reſperſa nūq̄ ge
lu ɔtrahit ¶Cur piper et ſinapē ſi appoſita fue
rint cuti exterius: vulnerēt et loca pforēt·Co=
meſta vō ſtomacho minimā īferūt leſionē Di
cēdū vt ibidē dr q̄ ſpēs acres ſupficiē cui ſup
ponunt᷑ exulcerāt: q2 ītegra vtute ſua ſine alte
rius rei admixtõe vtunt᷑ ad noxā Sz ſi in vē
trē recipiātur ſoluit᷑ eoꝝ vis vētralis humo=
ris alluuione vt prius vertant᷑ in ſuccū calore
vētris: q̄ integra poſſint nocere·

Et ſic finitur liber tercius·

Incipit liber quartus et vltimus de hone ſtis ludis et iocis·

NVnc quarto proſequē
dum eſt de honeſtis ludis et io
cūdis ſolacijs verbor̄ quib⁹ in
mēſa recreamꝰ· Quia dicit philoſo
phus q̄rto ethicor̄ Exn̄te āt req̄e et ī vita et ī
hac cōuerſacōe q̄ eſt cū ludo optet ꝙ ccā h̄ fit
q̄dā collocucō cōſona et q̄dā cōuict⁹· vt hō di
cat et faciat q̄lia ad iocunditatē optet facē et
dicē et vt ſibi ab alijs dcā et fcā accipiat ⁊ au
diat Vbi dicit Albtus ī cōmēto· Oī ſtudioſo
lud⁹ nccār⁹ ē ne ſibi mēs efficiat̄ iutilis· Si
em̄ ſp̄ intēdit ſtudio et aīm vehemēter applicꝫ
ad aliq̄d dicēdū vel faciendū: ꝑ certo ſpūs re
ſoluit̄ et reſoluto ſpū et mot⁹ aīales ⁊ mēbro
rū act⁹ deſtituūt̄ Et deſtutis mēbris: etiā v̓tu
tis ſtudiū admibilat̄· Propter qd̓ hō ſtudio-
ſus requie indiget in q̄ ſpūs relaxat̄· et ſen-
ſus ad placentiā diſſoluat̄· Sicut etiā ī natu
ralib⁹ opacōib⁹ natuā indiget ſōno· et tal̓
req̄es eſt ī ludo· Studioſo āt nō cōuenit niſi
ludus libealis Libealis āt ludus eſt q̄ ī di
ctis et fcīs nullū facit v̓tuti p̄iudiciū: ſed iocūs

ditatẽ affect? exercet Quia ſicut fatigatio cor-
poris remittit̃ p̱ quietẽ corporalẽ: ſic fatigatio
mentalis et anime remittit̃ p̱ delectationẽ in
ludo q̃ eſt q̃ſi quedã quies aĩe ¶ Vñ legit̃ in
collationib? patꝝ: ꝙ cũ quidã videns beatũ
Johãnẽ euãgeliſtã ludentẽ cũ diſcipulis ſuis
ſcãdalizaret̃. Dixit illi beatus Johãnes. ten
de arcũ quẽ i manu habes. Qui fecit. Et dixit
tende forti?. Reſpõdit. timeo ꝙ rũpat̃. Sic ait
niſi mẽs aliq̃ ſolacio remiſſa refocillet̃ deficit
et rũpit̃. Et iõ aliq̃ñ honeſtis ſolacijs eſt vtẽ
dum vt mẽs inde recreet̃ et refocillet̃ vt poſt
ſtudioſa exercitia et v̾tuoſa reformet̃ ¶ Sola-
tia aũt mẽſe cõſiſtunt ĩ mutuis ĩuectionibus:
quibus nõ mordeãt̃ ſed ſolatioſe hoĩes ſe ex-
ercent. Vel ĩ queſtionib? et mutuis exercita-
tionibus quib? ſe ad dicendũ ꝓuocent. Vel
in aliq̃bus iocoſis narrationib?: quib? audi-
tores exhilarãt et demulcẽt.

## De inuectionib? iocãdis C. ij.

ACõm Macrobiũ autẽ q̃rto libro ſa-
turnaliũ. Inuectionũ duo ſũt gene-
ra Quoddã qd̃ directã exprobratio-
nem infert et cõtumeliã. Aliud vero vmbroſũ
figuratũ et ſepe vel fraude vel vrbanitate vela-
tũ: vt aliud ſonet et aliud itelligas: nec tamẽ

pergit ad amaritudinē. Primū gen⁹ eſt vitā-
dum in mēſis ſimpliciat. Nā vt ait in p̄cipitio
ſtantē lenis vel leuis tactus impellit. Sic vi-
no īfuſū vel aſperſū puus dolor icitat i furorē.
Aliud vero genus velatū. vel p̄t eſſe cū aſperi-
tate. Sicut refertꝫ ꝙ Octauian⁹ q̄ nobilis na-
tu videbat̄ Ciceroni recitāti ait. Nō audio q̄
dicis. Cui reſpōdit: certe ſolebas bene pforā-
tas aures habere Hoc ideo dcm̄ fuit qꝛ Octa-
uian⁹ libis erat q̄bus mos erat aurē pforare
Tali ergo genē: qꝛ vicinū eſt ɔtumelie: ſapiē-
ti in cōuiuio eſt abſtinendū. Quedā vero mi-
nus hn̄t aſperitatis. ſicut illud cū Gayus ſer-
uili⁹ vna die cōſul fuiſſet ait Cicero Olim fla-
mines nūc cōſules diales fūt. Et illud cū Vā-
nius paucis dieb⁹ cōſulatū egiſſet ait Cicero
Magnū oſtentū anno Vānij factū eſt: ꝙ illo
ɔſule nec hyemis: nec ver: nec eſtas: nec autū-
nus fuiſſet. Querēti aūt Vānio cur in ſuo cō-
ſulatu ad ipm infirmatū nō veniſſet reſpondit
volui venire ſ; nox me cōprehēdit. Et alia que
ſūt de quibuſdā corpis vicijs q̄ puū vel nihil
doloris gignūt vt naſi curui erectio vel ſecu-
ca depreſſio. Quedā vero inuectiones i ſupficie
aliquid habēt cōtumelie ſed tamē nō tangūt
audiētes: ſicut illud. Cū quintus lucius aſſi-

denti ſibi diceret amico frigidas ſe habē ma
nus: remitēs ait. Mirū eſt q̄ eas calidas pau-
loante de ꝓuincia reuocaſti Quint⁹ delectat⁹
qꝛ alieniſſimus erat a ſuſpectiōe furtoꝝ. Ecō
tra ſi diceret cōſcio et ſua furta recolenti vtiqꝫ
turbaretꝰ. Aut etiā ſi dicas nimis caſto: eque
grate ſūt tibi meretrices delectabiꝰ. Ecōtra ſi
dixeris timidiſſimo achilli et herculi cōparā-
dus es. Vel famoſo iniquitatis viro. Ego te
ariſtidi iniquitate ꝑpono. Ecce verba laudē ſo
nantia que vtiqꝫ ad notam vituperatiōis cen
ſurus eſt ¶ Itē cōmendatur in inuectiōe con
ditio dicentis ſi in eadē ſit cauſa: vt ſi aliquē
pauperiorē pauper de paupertate irrideat. vel
obſcure natus obſcure natū Sicut tharſeus
cū potens ex ortulano factus in cecum et ami
cum degenerē. nōnullam cōtumeliam dixiſſet:
mox adiecit: et nos de eiſdem ſeminib⁹ ſumus
¶ Sunt etiā quedā inuectiones que non ſo-
lum nō turbant ſed letificat audientem. Si-
cut Dyogenes Ariſtenem magiſtrum dicens
Ipſe me pauperem fecit ex diuite: et pro am-
pla domo fecit in dolio habitare. Melius qui
dem iſta dicebat q̄ꝫ ſi diceret. gratus ſum illi
qui me fecit philoſophum et conſūmate vir-
tutis virum.:.

De locutionib⁹ couenientib⁹ ꝑſonis C.iij.

CEterū cū cōuiuia nō debēt ee muta ſm
Macrobiū vbi ſup. Qui vult amen⁹
eſſe cōſultor et ad loquēdū excitator ea debet
int̄rogare que ſūt facilia reſponſu: et que ſcit
illū ſedula exercitatione didiciſſe. Gaudet em̄
vnuſquiſq₃ cū ꝓuocat̄ ad ſuā doctrinā in me-
diū ꝓferēdā. Quia nemo vult latē qd didiciat
et maxīe ſi ſcia quā laboē adq̄ſiuit plurib⁹ ſit
incognita vt aſtronomia et huiōi. Tūc em̄ fi-
nē et fructū videt̄ cōſequi laboris: cū acceperit
occaſionē publicādi q̄ didicerit ſine oſtētatio
nis nota. q̄ caret q̄ ſe nō ingerit ſ₃ inuitat̄ vt ꝓ
ferat. Ecōtra maxime amaritudīs eſt ſi corā
multis int̄rogas q̄ nō didiciat: cogit̄ em̄ aut ſe
verecūde ignorare: aut temē reſpōdere: aut for
tuito veri falſiq₃ cōmittē ſe euētui. Qui abie
rūt p terras et maria gaudēt cū de ignoto mul
tis vel terraꝝ ſitu interrogātur vel ſitu maris
Duces ac milites fortiter a ſe facta diſcu-
tiunt et cū carent arrogantie motu: pericula
quoq₃ et erūnas q̄ quiſq₃ euaſit penitus ab-
ſolutas vt referat gratiſſime prouocat̄ Illū
quoq₃ ſepe ad narrandum ſi potes prouoca
qui recitando fauorabiliter acceptus eſt: vel
qui libere feliciterq₃ legationem peregit:

vel ab iperio effabilit' ſuſcept? eſt· vel ſi q̄s to
ta pene claſſe a pyratis occupata: īgenio vel vi
ribus ſol? euaſit ⸿Juuat ſi quē dicē iuſſeris
amicū ſui repētinā felitatē quā ſpōte nō aude=
bat dicē vel tacē: mō iactātie mō malicie metu
Qui venatu gaudet de ſilue ābitu et venacōis
euētu ⸿Religioſus ſi adeſt da illi referēdi co
piā q̄b? meruit auxilia deoꝝ: q̄ntus illi cēmo
niaꝝ fruct?: et q̄ numinū bn̄ficia his ꝑmittū
tur q̄ volūt ſe aicos oib? eſtimaē ⸿Senex ſi
adeſt plurimū illi cōtuliſſe videris: ſi de his q̄
oino nō ꝑtinēt m̄t roges Eſt em̄ huic loq̄acitas
failiaris ſ̄ƀ Macrobi? vbi ſup̄ p totū· Ex q̄b?
pn̄t etiā alia elicī· q̄bus pn̄tes excitari poſſunt
ad ſolaciū loquendi

De aptis v̄bis iocoſis Ca·iiij·

Et q2 vt ibidē dicit'· Cū nō minus ver=
ba grata et honeſta q̄ꝫ dulcedo vini hi
larent conuiuiū· ⸿Nam vt ſubdit ſi hoīs laten=
tem prudentiā ſcruteris altius delimimentum
iſtud qd̄ helena vino miſcuit nō herba nec ex
india ſucais fuit ſ̄ƀ narrandi opoꝛtunitas q̄ ho
ſpitē meroris oblitum flexit ad gaudiū· Ideo
v̄ba iocoſa apta et narracōes ſolacioſe ſalua
ſp̄ in oibus honeſtate mēſas multū exhilarāt
et cōuiuiū letificāt et delectāt ⸿Sūt em̄ due

eloq̄ntiſſimi vt Macrobiꝰ refert. ſ. Tulliꝰ et
Placitas: cōuictus in iocoꝝ honeſtate ceteris
pſtātes Et itroducēs iocos Tullij ſb̄dit Mar
cus cicero cū apud Damaſiphū cenaēt et ille
mediocri vino apposito dixiſſʒ. bibite ſalernū
hͦ q̄dragīta ānoꝝ bn̄ inq̄t etatē fert. Jdē cū
a q̊dā cena exceptꝰ eēt ſatis pca et q̊tidiana.
nā pene ſe nulli negabat. Valedicēs hoſpiti:
tacēter ſibi ī auris ſuſurabat ꝗ Nō putabā me
tibi tā fāiliarē Jdē cicero cū veiſſet ad pōpeiū
dicētibꝰ alijs tarde eū veiſſe. nō inq̄t ſero veni
qꝛ nil paratū iuenio Jdē cū cicero lētulū exi:
gue ſtatuē lōgo gladio accīctū vidiſſʒ. Quis
inq̄t generꝝ meū ad gladiū alligauit Jdē cū
imaginē q̄nti ciceronis frīs ſui ingētibꝰ linea
mētis vſqʒ ad pectꝰ ex more pictā vidiſſet. ipē
āt q̄ntus pue ſtatuē erat Ait frater meꝰ dimi
dius eſt maior ꝙ totus Jdē poſt victoriā ce
ſaris intꝛogatus cicero. Cur ī electiōe ceſaris
erraſſet Reſpōdit p̄cinctura me decepit: iocatꝰ
in ceſarē: q ita toga p̄cingebat̄ vt trahēdo ad
laſciuiā velut mollis icederet adeo vt ſilla tan:
ꝙ p̄uidus dixerit pōpeyo. Caue tibi illū pue:
rū male p̄cinctū Jdē cicero p̄tereūti laberio
et ſedile q̄renti. Recepiſſeʒ inq̄t te niſi anguſte
ſederē: ſimul et illū reſpuēs et in nouū ſenatū

iocatus: cuius numerum cesar vltrã fas auxerat ¶ Nec tñ impune respõdit ei laberius Mirũ an guste sedes q̃ soles duab⁹ sellis sedẽ: ex ꝓbra ta leuitate ciceronis ¶ Quia igit̃ tales et cõsi miles ioci risũ et solatiũ audientiũ ꝓuocant. Ideo i h̓ q̃rto tractatu volo de talib⁹ ꝓseq̃ ꝑm statũ diuisorum: diuisa de autorib⁹ autẽticis: plu rima v̓o de narratiõibus et alijs ꝯ ocurrẽtib⁹ inserẽdo: Et p̃mo de impatoribus.

De impatoribus. Ca. v.

Quia dicit Macrobius vbi sup̃ Augu stus cesar effectabat iocos: saluo tamẽ maiestatis pudorisq; respectu. Ibidẽ solent in augusto plus mirari iocos quos ꝓtulit q̃ꝫ ꝑ tulit. Cum quidã sculptor patris sui monu mentũ exarasset. Ait Augustus. h̓ est vere mo numentum in peccatis colere ¶ Idẽ cũ audiret inter pueros quos Herodes rex intra bimatũ iussit interfici: filium quoq; eius occisum ait. Melius est Herodis porcũ esse q̃ꝫ eius filiũ. ¶ Cum quidam grecus volens videri iam ex cessisse viciũ: gloriaretur se mille passus am bulare. ait cesar. Non mirum: quia dies ali quanto longiores sunt ¶ Intrauit quidã Ro mam simillim⁹ cesari/ quẽ cũ vidisset quesiuit a iuuene. Fuit ne mater tua nũq; Rome: cui

adoleſcẽs ille. Non. ꝫ pater freq̄nt̄ ¶ Idē cū
pillionē auguſt⁹ feſcēninos ſcripſiſſet ait pil
lio Et ego taceo: dur̄ ē ſcribē in eū q̄ pt̄ ꝓſcri
beret Cū q̄dā tūſeūti dicēt tyrāne: ſi eēm inq̄t
nō dicēs ¶ Eidē etiā i q̄dā villa quieſcēti: no-
ctua eius ſonū int̄rupit: quā cū miles q̄dā ce-
pit. collaudata ſua īduſtria ſibi iuſſit dari mil
le denarios. ille auſus eſt dicē Malo viuat a-
ueq; dimiſit Quis nō miret̄ ceſaē offēſo abiſ
ſe milite ꝯtumacē ¶ Refert Lucan⁹ ꝙ cū q̄dā
īferior ſe Julio ceſari opponēt. reſpōdit ceſar.
dignū te ceſaris ira null⁹ honor faciet ¶ Narra
tio. q̄dā magn⁹ nigromātic⁹ hēbat diſcipulū
nobilē q̄ ſibi magna ꝓmittē ſolebat. q̄ volēs
ipm̄ experiri: fecit ꝑ artē ſuā ꝙ ille videbatur
ſibi electus in impatorē. Et cū multe terre ſi-
bi obuenirēt vt videbat̄: magiſter rogabat
eū vt ſibi aliquā daret de illis. At ille dixit ſe
neſcire q̄s eēt Tūc magiſter dixit. Ego ſū ille
qui oīa iſta dedi vobis et etiā tollā et feci ceſ
ſare pſtigia: tūc ille fuit ſicut prius Sic mul-
ti multa ꝓmittūt ¶ Impator Frederic⁹ obſi
dens Mediolanū ea capta volebat oēs ocidē
Tūc comes ſabaudie dixit ſe victoriā habe-
re ſūmam ſi vinceret illū qui omes vincit et
ſubigit ſcz ſuā voluntatē et magnanimitatē

orbis fui· Tūc impator hoc voto fractus vi-
cit cor ſuū et oībus pepcit

De regibus Ca·vi·

Seneca in libro de ira· Cū rex Antigonꝰ audiſſet quoſdā male de ſe ſentiētes et obloqntes eo ꝙ int̄ dicētes et audiētes ſola eſſet cortina· Illā leuit̄ admonuit q̄ſi i pſona alterius dicēs· Diſcedite hinc ne rex vos audiat ¶Valeriꝰ libro ſeptio caplo tercio· Cum Alexāder rex ſorte monitus vt eū q̄ ſibi porta egreſſo p̄mꝰ ocurrēt int̄ficī iubēt: aſinariūqȝ eminꝰ obuiū ad morte arripi īperaſſet· eoqȝ q̄rente· Cur inocētē occideret: p̄ceptū oraculi retulerūt· tūc ait aſinariꝰ Si ita ē o rex tūc aliū ꝙ me ſors morti deſtinauit Nā aſellꝰ quē pellebā prior tibi ocurrit· Delectatꝰ rex callido dicto et ꝙ ipē ab erroē reuocatꝰ erat aſinū occidi iuſſit ¶Ibidē libro ſexto· Cū Athenieſes vellent Alexandro diuino honores impendere dixit Demades· videte inq̄t ne dū celū cuſtoditis terrā amittatis ¶Narratio Regi ſummo Philippo ocurrit quidā ribaldus petens vt ſibi daret qr cognatꝰ ſuus eēt· Queſiuit rex ex q̄ pte· Et ille de Adam inq̄t Rex iuſſit ei dari elemoſinā· Et cū hic diceret: hoc non eſt donum regiū· reſpōdit rex Si omnibꝰ qui mihi

ſic attinent tantū darē nihil penitus retinerē

Macrobi⁹ vbi ſupra Cū rex Anthioch⁹ oñſo exercitu ſuo Hānibali dicēt: putas ne hec oīa ſatis eē romanis Etiā inquit ſi ſint auariſſimi: lepide et acerbe iocatus. rex enī q̄ſiuit de nūero exercitus et eſtimāda equiparatiōe. ille reſpōdit de p̄da Cū rex frācie Philipp⁹ quoſdā pauperes clericos corā ſe in menſa haberet: vidit ꝙ vnus in fine menſe abſcondit caponem. Quē vocans ſecreto interogat quā ſcientiā audiret: ait theologiā. Nōne inquit rex dicit̄ ibi: nolite ſolliciari de omni ċtio. reſpondit: immo ego volui deponere omnē ſollicitudinē et certus eſſe ideo ⁊c̄.

Nō

De principib⁹ Ca. vij.

Valerius li. ij. ca. ij. Cū adoleſcēs q̄dā amore filie philiſtrati atheniēſis tyrāni accēſus: eam ſibi in publico obuiam oſculatus eſſet: et vxore hortante vt ab eo capitale ſuppliciū ſumēt. reſpondit ſi eos q̄ nos amāt interficim⁹: q̄d de his faciem⁹ quib⁹ odio ſumus Frontin⁹ ſtrategematon libro q̄rto. Paulus ait. optet pricipē ſenē eſſe moribus: ſignificās moderatiora ſeq̄nda eē cōſilia Valeri⁹ libro p̄mo. ca. iij. cū Dyoniſi⁹ ſyracuſan⁹ phano ꝓſerpine locris ſpoliato p al-

de amore / et odio

tū mare ſecundo vento veheret̄: ridens amicis
ait. Videte iquit ꝙ bona nauigatio a dijs im
mortalibus ſacrilegis tribuat. ¶Idē detracto
Iouis magni ponderis aureo amiculo iniecto
qʒ laneo pallio. ait eſtate graue eſſe amiculū
aureū: hyeme frigidū: laneū autē ad vtrūqʒ
tēp? aptius. Ibidē. Idē etiā patenas aureas
et coronas q̄s ſimulacra in manib? porrectis
hēbāt tollebat. et accipe nō auferre dicebat
ꝙ ſtultū eſſe argumētando a q̄bus bona preca
mur ab ipis porrigētibus nō accipere ¶Au
guſtin? de ciuitate dei. Fabius tharētine vrbꝭ
euerſor cū ab eo ſcriba q̄reret quid de ſignis
deoꝝ q̄ multa et magna ꝗ armata erāt fieri vel
let: incōtinentiā ſuā iocando oſtendit. Relin
quamus inquit tharētinis deos iratos.

De comitibus. Ca. viij.

NArratur ꝙ comes ſabaudie iudeis i
ſua terra habitare volētibus nō ſuſti
nuit dicēs: ꝙ nondū pacē fecerant de
morte domini ſui: quō ergo auderēt intrare ter
ram ſuā ¶A comite bellimōtis quidā religio
ſus de foreſta ſua peciijt ligna ad faciendū ſe
des eccleſie ſue ꝓpter deum. tunc quidā miles
ait ipm ſup hoc conſiliū habere debere. Qui
ait. Abſit hoc a me. Deus dedit omnia: et ipe

petit ꝓpter deū Non hēbo ſup h' cōſiliū ſʒ volo
vt accipiat q̄ntū indiget ad ſeruitiū dei mei.
Comitē quēdā rogauit miles ſuꝰ vt ipm iu-
uaret vt filias ſuas nutriet qꝛ decē hēbat Qđ
audiēs quidā ſeruꝰ ꝓteruꝰ et ditiſſimꝰ dñm
ſuū excuſauit dicens eū nō hēre. Ait comes te
hēo qꝛ meꝰ es et do te ſibi et hēbit a te cētū li-
bras ꝑ facto ſuo. qđ et fcm̄ ē Cū comes bel
limōtis obſeſſus i quodā caſtro cōtra ifinitā
multitudinē pugnaturus ꝑ fide cū paucis exi
ret: vnus ex ſeruis dicebat: graue eſſe cōtra tā
magnā multitudinē pugnare. qui reſpondit.
vellem ꝙ deo placeret ꝙ oīes qui nō credūt
in deū hic modo cū eis eſſent: et ob magnam
fidem victoriā obtinuit glorioſā.

De militibus. Ca. ix.

Narratur ꝙ quidā miles nobilis iac
tabat ſe ꝙ hēbat nouē reges i cogna
tione ſua. Et noiatis ſex nō poterat in
uenire tres alios. Tunc hiſtrio aſtans dixit:
bene noui tres alios. Cui miles. ꝑa cariſſime
dicas ergo. reſpondit tres colonie. Quidā
miles habēs feſtū fecit ſacerdotē pri o laua-
ri. Cui ſacerdos. bene vultis ꝙ primo lauemꝰ
ſed vltimo ſedemꝰ Reſpōdit miles: h' rationa
biliter facimꝰ: qꝛ primo debetis eſſe mundi: et

vltimo ebrij ¶Miles quidā vadēs ad tornea
mētū obuiauit cuidā sac̄doti Et de torneamē=
to rediēs cōportauit tibiā cōfractā Et cū sacer
dos nō visitauit eū req̄siuit cām Qui respōdit
timebā icurrisse idignatōez vrām qꝛ ocurrie=
rā vobꝫ qñ tibeā vrām fregistis Quia malū re
putat̄ ocurrē sacerdoti cū itur ad bellū vel tor
neamētū Cui miles imo bonū est: qꝛ si nō ob
uiassem vobꝫ forte fregissez collū ¶Cū duo mi
lites ad mortē duellarēt et vnus ꝑualuisset et
staret sup aliū: ait ad astātes miseremī eius·
Et cū plures dixissꝫ et null⁹ vellet misereri ip
sius Ait ego miserebor ⁊ fecerūt pacē ⁊ simul
iuerūt vltra marē ¶Miles quidā obuiauit cui
dā priori ville sue valde ebrio redeūti de capitu
lo ī abbatia sua celebrato: q̄rēs an bñ fuisset
factū· Respondit temulētus· Monasteriū il=
lud sit ꝑpetue cōfusū qꝛ solebāt habere duo=
decim fercula et modo habuerūt nisi vndecim
Cui miles si haberē in domo mea duo fercu=
a: sufficerēt mihi: et tu miser nō es cōtentus
līn vndecim: certe ego dabo tibi duodecimū: et
ꝓiecit eū ad lutū ¶Quidā miles voluit audi
re cōfessionē vxoris sue: q̄ renuit dicēs qꝛ ipse
nō haberet supꝑlitiū neqꝫ stolā· qui querēs
ea: eā vocauit ad cōfitendū· q̄ ait: iuuenis fui

et dilexi iuuenē armigerū: poſtea militē: poſtea fatuū. deinde ſacerdotē. Tunc ille p̄ſciens ſuppellicium et ſtolā: q̄ſiuit ſi adhuc ſacerdos viueret. que dixit ꝙ ſic et rogauit ne iſta reuelaret. Poſt triduū cū p̄miſſet eū affligi: vocauit eū ad ſe dicēs Scitote ꝙ ea q̄ vobis in cōfeſſiōe retuli ex induſtria dixi: et verū ꝓtuli. vos enī accepi domicellū poſt habui vos militē: poſt fatuū qꝛ talia volebatis audire: et modo ſacerdotē qꝛ cōfeſſionē audiuiſtis ¶ Frontin⁹ vbi ſupra libro ſecūdo. Scipio veniēs in africā cū de naui ꝓlapſus eēt: ne milites terrerent. Audite inq̄ꝫ milites oppreſſi te africa.

De armigeris. Ca. x.

Quintus curcius i hiſtoria Alexādri Cum alexander bello cū dario inſiſteret vnus ex perſis indutus arma macedonica a tergo Alexandrū ferit: ſed ictus ꝓpter fortitudinē galee fruſtratus deſiliit cōprehēſus ille regi offert̄ req̄ſitus cauſā facti. Ait ſe pactum cū Dario feciſſe ꝙ ptem regni cū filia acciperet ſi eū interficere potuiſſet Alexāder promiſſum et audaciā laudās ad ſuos redire icolumē cōceſſit ¶ Narratio. quidā obtulit ſe regi ad ſeruiēdū audaciſſimū. Quadā vero die

videns plumā ſup caput regis voluit auferre. Rex iocādo ructauit cū ore q̄ſi eū vellet terrere. qui ſtatim cū pugno percutiens regē ꝓiecit eū ad terrā dicens. quid eſt hoc vultis me vorare. Et cū eū alij vellent capere rex ꝓhibuit dicens. Seruiuit mihi i hoc qd̄ ꝓmiſit ſcꝫ in audacia. Duo armigeri fuerūt ſocij ad lucrū et ad predā. quoꝝ vnus intrauit torneamentum et multa lucratus eſt Alius nō intrauit q̄ petijt ptem ſuā. Et dixit alter verū eſt ꝙ ſocij ſumus ſed ſi vis pticipare de lucro pticipabis de ictibus et anq̄ꝫ pticipabat dedit ei tot ictus quot ipſe receperat ¶ Armiger quidā interfecit ſacerdotē qui tenuit vxorē eius. Et vadens Romam fecit ſe abſolui a duobus: et rediens aliū interfecit quē odio habebat: credens ſe optime abſolutū.

De aduocatis. Ca. xi.

Vidam aduocatus abſolutus ab adminiſtratione tranſiens per viam qꝛ debiliorē ſolito habebat equū cecidit in lutū. quē videntes ruſtici ſtatim accurrentes eū extraxerūt. qui gratias agens dixit ſi eſſet adhuc aduocatus ſe eis velle recōpenſare. ¶ Cui vnus de ruſticis. ¶ Non eſtis vos

aduocat⁹. Non inq̄t. Et ille ergo iacebitis in luto: et reiecerūt eū i lutū vt qrius ¶ Quidā aduocat⁹ abſtulerat cuidā ruſtico vnā vaccā q̄ cōqueſt⁹ fuit regi Et rex volo inq̄t audiē eū de iſto. aſtitit ruſtic⁹. Dn̄e ſi eū audientis ego pdidi vaccā meā ¶ Quidā aduocat⁹ itrauit ordinē ciſterſiēſez et poſit⁹ eſt ad cuſtodiēdū oues Orta aūt i monaſteio magna tribulacōne: null⁹ ſciuit iuenire ſalubre cōſiliū niſi ipe. Tandē vocat⁹ et req̄ſitus: q̄re ſe nō itromitteret de negocijs monaſterij. reſpōdit o frēs in ſeculo dat de⁹ cōſiliū i ordie abbas ¶ Quidā comes exiēs i peregnationē aduocato ſuo res cōmēdauit vxorē ſuā. q̄ eā tādē multū ſollicitauit: et illa nō cōſentiēte ſbtraxit ſibi cibos et veſtes et alia ad honeſtatē ptinētia Tādē ipa timēs cōfuſionē ſuā et q̄ hoies crederēt id fieri ꝓpter culpā ſuā: dixit ſe ſibi velle cōſentire et ſuppoſuit ſibi ancillā ſuū. Et ille ſcidit digitū illius. Qd̄ audiens dn̄a ligauit digitū ſuū. Et cū ille corā marito reuerſo vellet eā cōfundere. Jlla oſtendēs falſitatē ait: q̄ habet digitum incīſū illa fuit vobiſcū: et ſaluū oſtendit digitū ſuū ¶ Quidā aduocat⁹ dixit domin⁹ meus facit coclear panis qd̄ comedit quātocomeſta ſūt omnia.

## De mercatoribus Ca·xij·

Q Vidā mercator nolebat ire ad missaz neqz ad ſermones· Et cū moueret' ab vxore ait eas ꝑ te et ꝑ me:q̄dā nocte viſū ē ei q̄ eēt ī iuditio· Et cū vxor ſua cū ſāctis itraret hoſtiū celeſtis gaudij et ipe marit? vellet cū ea intraē dcm̄ ē illi a ianitoē Jp̄a intrauit ꝑ te et ꝑ ſe Jllo foris manēte rediēs ad ſe vitā ī meli? cōmutauit ¶ Quidā m̄cator veniēs Pariſi? ſaculū plenū auri et argenti cōmēdauit cuidā ciui:q̄ erat cōpater Philippi regis:q cū rediēt mercator petēs ſua:ciuis negauit dicēs ſe eū nūq̄ vidiſſe:q̄ tādē cōqueſt? ē regi· rex ſtupēs fecit mercatorē ī camera abſcōdi Et vocato ciue et benigne recepto de m̄ltis failiariter cōtulit Et vidēs anulū quē ſibi freq̄nter obtulerat Ait rex· Cōpater habetiſue adhuc anulū veſtrū· At ille dn̄e freq̄nter obtuli vob eū et adhuc rogo vt recipiatis Quē accipiēs rex ſecreto miſit ad vxorē ꝑ illo ſaculo auri· et anulū ꝑ int'ſignio·q̄ recepto fecit rex vocari mercatorē· Et dum cōquereret' de illo:ciue oīa negāte rex ꝑduxit ſaculū et ipm expulit de regno ¶ Quidā emens equū queſiuit a vēditore ſi valeret·dixit q̄ ſic·quare inq̄t venditis· Reſpōdit q2 ego ſū paup et ipe nimis

comedit. Habet ne inqt aliquā malā cōditio
nem. respondit nō: niſi ꝙ nō aſcendit arbores
Cū aūt empto equo domū duceret: mordebat
omnes. Tūc ille: verū dixit mihi ꝗ nimis co
medit. Itē veniens ad pontem ligneū noluit
trāſire. alij hoc videtes dixerūt. vere nō aſcen=
dit arbores. Quidā fuit bonus operarius et
multū lucrabat᷑ et tamē pauper erat. q̄ cū ve=
niſſet ad cōfeſſionē inuenit cōfeſſor ꝙ nimis
multū bibebat: et iniūxit ei ꝙ nō biberet niſi
certam menſurā vini et cōſenſit tali cōditione
niſi faceret mercatū. Veniens autē ad mēſam
cū vxore et ebibita mēſura vini ſitiebat. audi
ens autē mulier de penitēcia iniūcta ait. Ego
dabo vobis cōſiliū. Vendam inqt vobis vnā
vaccam cū menſura vini et ipe reuēdebat ſibi:
et ſic nō poterant ditari.:

## De vſurariis. Ca. xiij.

PRedicator quidā oſtendens ignomi
nioſū vſurandi officiū: cū in fine ſer
monis facere abſolutiones. dixerat ꝙ omēs
ad benedictionē ſurgerēt ſm officia ſua put
vocaret. primo dixit ſurgant fabri: quib⁹ ſur
gentibus et benedictis: reſedebant. dixit ſur=

gant pãnifices:et ſic de alijs ¶Vltimo dixit
ſurgãt vſurarij ad bñdictionẽ ſuã:et cũ nul=
lus ſurgeret:licet plures ibi eſſent·qualit̃ in
quit apparebunt in die iudicij ad recipiendã
eternã maledictionẽ qui corã hoĩbus nõ au=
dent ſurgere ad benedictionẽ ¶Quidã vſu=
rarius in ciuitate metenſi auarus valde cũ mor
ti appropinquaret crumenã denarijs plenã
ſecũ in ſepulcro reponi fecit ad hoc aſtringens
amicos ſub iuramento· Quo facto poſtea a=
pertum eſt ſepulcrũ vt pecuniã reciperent vi=
derunt demonem cũ magno cocleari ardenti ip
ſum de pecunia ignita paſcentẽ ¶Quidã vſu
rarius infirmus dixit ſacerdoti ꝙ non habe=
ret niſi tria peccata·ſcilicet·vſure·luxurie·et
gule·Cui cum diceret ſacerdos ꝙ de duobus
poſſet eum abſoluere:de tercio vero ſcilicet de
vſura nõ niſi reſtitueret·Tunc ait:dicunt hoc
ſcripture et boni clerici·reſpondit ꝙ ſic·Ait il
le videbo ſi verũ dicant:quia nõ reſtituã:va=
datis cum deo· ¶Fuit quidã vſurarius qui
nolebat reſtituere:licet etiã frequẽter mone=
retur·Infirmatus autẽ vſqꝫ ad mortem vo=
cato ſacerdote petiuit eccleſiaſtica ſacramenta
Sacerdos autem reſpondit ꝙ nõ daret niſi
reſtitueret quod ille facere noluit· recedente

aūt ſacḋotē et īfirmitate īualeſcēte: appinquat
morti Vocat⁹ ſacerdos vt aīam cōmēdaret nō
cōparuit. Dixit ergo: eā cōmēdo oib⁹ demoni
bus īferni. Ipo mortuo rogauerūt ſacerdotē
aīci vt defūctū ſepeliēt ī atrio bn̄dicto: qḋ ſac
dos eis negauit. Hēbat āt dcūs ſacdos vnū
aſinū q̄ nihil aliḋ faciebat ꝙ libros ad eccāȝ
ferre et referre et ideo nullā aliā viā ſciebat.
rogauerūt aūt aīci ſacerdotē vt corp⁹ ſup aſi
nū poneret et ad quēcūqȝ locū illud deferret
ſepeliret: putātes qḋ ad eccāȝ illud delatur⁹
eēt vel ad domū ſacḋotis q̄ȝ aliā viā neſciebat
Placuit pactio ſacerdoti. aſin⁹ ergo corp⁹ vſu
rarij ſupra ſe poſitū nō declinās ad ſiniſtrā vl
dextrā tulit ad patibulū et ſe excutiēs eiecit ſb
patibulo et ibi ſepult⁹ ē ſepulturā patꝝ ſuoꝝ

De ruſticis. Ca. xiiij.

MAcrobius tercō libro ſaturnaliū Cū
rex liberius ad nouas dimicias nuper
erectus: philoſophos ad cōuiuiū con
uocaſſet: et irridēs eoꝝ minutietatē queſtiones
ſcire ſe velle dixiſſet Cur ex nigra et alba faba
pulmētū vni⁹ coloris edant. Ariſtides philo
ſoph⁹ idigne ferēs. Tu inq̄t abſolue. Cur de
albis et nigris loris ſimiles macule generent
Narratio. cū quedā mulier caſtrēſis cuidā

ruſtico diuiti nupſiſſet et illi redeūti de labore
delicata cibaria i pua ſcutella apponēt ſp ma-
li aimi remāſit. Tādē redeūti obtulit vnū gal
lū deplumatū. q̄ ſēp i ſua pteruia pſtitit Tūc
illa cōqueſta ē mr̄i ſue: q̄ q̄ſiuit q̄d das ſibi co
medē. q̄ reſpōdit ſic et ſic. cui mr̄: erras. Da ſi
bi magnū vas cū fabis et piſis groſſis pane
pfuſo q2 laborat. Quo facto ille riſit et iocū-
dus fcūs fuit dicēs. Adhuc rideo de gallo he-
ſterno et veri9 de vētre pleno ¶ Quedā mulier
viro ſuo nūq̄ parare poterat placētā. Tandē la
uās ſe totā nudā capite bn̄ coopto fecit pa-
ſtā pōnēs libū ſup ſedē i manutergio cooptū:
et fatigata et oblita poſuit ſe ſup ſedem illā: et
pamis ſuis poſteriorib9 adheſit: Et cū illū q̄re
ret: ait ruſticus illi. Quid q̄ris miſera: at illa
quero libū tibi preparatū. Et ille ad culū tuū
pendet. &c. ¶ Quedā mulier viro ſuo ruſtico
de agro reuerſo: et in oculo multū leſo: voluit
benedicere oculū ſanū et ne inficeret̄ cooperuit
Et ſic ambob9 oculis cooptis amaſi9 quē in
tus habuerat viro nō vidente exiliuit.

De iudeis Ca. xv.

QVidam iude9 ſabbato cecidit in foue
am criſtian9 videns volebat eū extra
here. noluit iudeus dicens ſabbatum

nō eſſe violandū. In craſtino iterū tranſiuit
criſtianus:et iudeus clamabat vt eū extrahe-
ret.reſpōdit. Dominica eſt nō poſſum violare
ſabbatū meū:et ſic remanſit miſer. Quidā
criſtian⁹ cū ſtipite occurrit iudeo i pedali ſtri-
cto. Et cū iudeus cito illi nō cederet cū ſtipite
truſit illū vt caderet ad aquā. Tūc iudeus ibi
iacens ſic ait. Quia tu ſic facis ergo ſic vadis
Quidā ſocius bon⁹ in merſeburch furat⁹

Merſeburch

fuit cuidā vidue vnā vaccā:quā i nocte obli
gauit cuidā iudeo ꝓ q̄nq; ſolidis. Et eadē no
cte illi furatus ſimilit̄ obligauit ſecūdo. Et il
li furat⁹ obligauit tercio. tūc cogitās quō vi
dua vaccā ſuā rehaberet. et furatus illi tercō
reduxit vaccā p cornua i diluculo. Qui occur
rente ancilla domus cū veſtibus ad lauandū
eam icrepās ait Infelix quō cuſtodiſtis vac
cam vrām:niſi ego feciſſem pdita diu feciſſet.

De latronib⁹. Ca.xvi.

Latro quidā obuians ſacerdoti i nemo
re dixit: volo cōfiteri. Quia hodie per
iſtud nemus trāſiuit alius ſacerdos et abſtu-
li ſibi equū. Rogo iniūgite mihi penitentiā.
Date inq̄t ſacerdos quinq; ſolidis ꝓ miſſis ce
lebrādis:tūc cōputans latro decē ſolidos tra-
didit Ecce inq̄t q̄nq; ſolidos ꝓ equo illo quē
abſtuli:et qꝛ ita bonū foꝝ facis. iteꝝ quinq;

do ꝓ illo cui īſidetis: et cepit ſibi equū ¶ Quī
dā latro furat⁹ eſt anſerē paupis: et cū in die
dnīco ſac̄dos admonēt de eo: ait. ſedeatis oēs
Et cū ſe oēs ſedere dicerēt: ait nō ſedetis oēs.
Certe inq̄t nō qꝛ ille nō ſedet q̄ furatus eſt an
ſerē: imo ait ſedeo. ſubītulit ſacerdos: tu ergo
ſtatī ei reddas anſerē alias te excōicabo ¶ La
tro q̄dā viderat vnū hoiem q̄ vendiderat vnū bo
uē. Duxit illū ad tabernā dans illi potū vini.
Et cū ille vellet ire ad emendā burſā: ait latro
ponas denarios tuos ꝓ vino et bibam⁹ ego
dabo tibi de camiſia mea ptē ad reponēdū de
narios: qd̄ et fecit. recedēte eo latro īſecut⁹ eſt
eū cū iuſticia dicēs illū camiſiā ſuā ſibi abſci
diſſe oſtēdens ſciſſurā et ſic habuit pecuniā et
alter fuit ſuſpenſus ¶ Quidā latro videns in
domo diuitis ciphum argenteū ſed pede aliq̄
liter claudicātem: emens bonū luciū venit ad
dominā abſente domino: dicens. Domin⁹ ve
ſter mittit vobis iſtū lucium vt faciatis bene
parari: quia habebit hoſpites: et mittatis ei ci
phum ad reparandū pedem vt hoſpites inde
bibant. quod et fecit. Et cum latro ſocio ſuo
enarraſſet ait: ego rehabebo lucium. Cum do
minam et familiam flentes inueniret: venit
iſte oſtendens vultum hilarem dicens. Domi

aīmi fitis qꝛ dn̄s vī applēdit latronē: et ſen-
tētiatū ē ꝙ dēt ſuſpēdi cū lucío et ideo cito lu-
cīū mittatis: et ſic cū lucío effugit et cāpbū re-
tinuit

De hiſtrionib⁊ Ca. xvij.

Macrobius in ſaturnalib⁊. Cicero ita
fuit in v̓bis iocoſus vt ab emulis hi
ſtrio et ſcurra nominaret̄. ¶ Quidā
hiſtrio apud Eureliū vicariū Frederici impa-
toris mltis v̓bis īſeruit et cū nihil ꝓficēt: tan
dē ipo in cōſilio arduo exn̄tē aliq̄bus globu-
lis herbaꝝ fortiter ꝓieċit. Quo q̄rente quid
intēderet. reſpondit hiſtrio. Audiui ꝙ in tri-
bus reb⁊ maior vis cōſiſtit. i. in v̓bis. herbis.
et gēmis. Satis vos examīaui v̓bis et nō ꝓ
ficio. modo examīabo vos herbis: ſi nihil ꝓfe
cero: examīabo vos lapidib⁊ et vos lapidabo.
Qd̓ audiēs ad riſū ꝓuocat⁊ dedit ei munera.

¶ Quidā hiſtrio docuit equū ſuū genua fle-
ctere quotiēs dicebat flectamus genua. accī-
dit vt quidā raptor vidēs equū hiſtrionis be-
ne diſpoſitū vi abſtulit eū. Contigit raptorē
cū equo rapto tranſire per vadū ſatis ꝓfun-
dum et lutoſū. qd̓ videns hiſtrio clamauit va
lenter flectam⁊ genua: mox equ⁊ flexit genua
et ſeſſorē ꝓieċit in lutū ¶ Quidā hiſtrio orta
tempeſtate in mari: cepit fortiſſime comedere

carnes ſalſas: dicēs hodie habebo plus ad biben
dū q̄ vnq̄ antea ¶ Quidā ali⁹ orta tēpeſta=
te cū p̄ciperet: vt q̄libet rē magis pōderoſā ꝓi
ceret i mare· ipē vxorē ſuā ꝓiecit: dicēs ſe nū=
q̄ rē tā pōderoſā habuiſſe ¶ Quidā hiſtrio vi
dens latrones i domo ſua dixit· neſcio q̄d vos
h̄ poteſtis iuenire i nocte: cū ego nihil iuenire
poſſim clare die ¶ Quidā hiſtrio ifirmus hor
tante ſacerdote vt cōderet teſtamētū: ait liben=
ter· Ego nihil habeo niſi duos equos: q̄s do
baronib⁹ et militib⁹ terre Et cū ſacerdos inq̄
reret q̄re nō daret paupibus· reſpōdit vos p̄
dicatis nobis q̄ debem⁹ eſſe imitatores dei·
Deus autē bona mundi dedit illis et nō pau=
perib⁹· et ideo ſequor illū et facio ſimiliter Cū
quidā hiſtrio contra nobilem quendā multa
obprobria promiſce dixiſſet· ita q̄ illi ſuſpēdiū
minaret̃ vbicunq̄ eū apprehenderet· tandē a
ſuis cōprehenſus dixit· Domine ego video q̄
nō reſtat niſi mori: q̄d ſatis merui Sed facia
tis vnā ſolā peticionē qua ſemp melius ꝓde=
rit anime mee· Qui victus p̄cibus circūſtan=
tium cōceſſit peticionē fiendam· Tunc ille ait·
peto domine q̄n nunc ſū ſuſpēſus q̄ trib⁹ die
bus imediate ſequētibus de mane ieiuno ſto
macho veniatis et oſculemini nuda poſteriora

mea Ait miles diabolꝰ ſuſpēdat te et oſculetᷣ
et ſic euaſit

## De mulieribꝰ Ca·xviii

Macrobius in ſaturnalibꝰ· Cū quidā
diceret Julie filie Auguſti cur ſe ad
exēplū paterne frugalitatis nō cōpo-
neret: reſpondit· Jlle obliuiſcitᷣ ſe eſſe ceſarē·
ego memini me eſſe ceſaris filiā· Jbidē cū
aliqui conſcij beneficioꝝ eiuſdē mirarentᷣ: quo
modo ſiles agrippe filios pareret q̄ tam vul-
go poteſtatē ſui corpis faceret· Nunq̄ꝫ inquit
tollo vectorē in naue nō plena· et vector hic ac
cipitur pro eo qui vehitur· Jbidē populia
Marci filia cuidā mirāti cur alie beſtie ma rē
nō admitterēt niſi quādo impregnari vellent·
Reſpōdit qꝛ beſtie ſūt Jbidē fauſtꝰ Sille
filius cū ſoror eius duos mechos haberet ſcꝫ
pompeyū et fullonis filiū: miror inquit ſoro-
rem meā maculam habere cū fullonē habeat·
Mulier quedā videns militē optime ſe in
torneamento habentē: et ſtrennue cōmenda-
uit illum et dilexit· Et cū ille euentaret ſe: cu-
currit ad videndū: et videns ꝙ maritus ſuus
eſſet ait· Jſte ē maritus meꝰ et parū curauit·
Quedā mulier habebat cuſtodes quocūqꝫ
ibat· que vadens ad eccleſiaꝫ: ante domū vbi
erat amaſius ſuus cecidit vltro ad lutum· Et

vadens ad domū illam ad ſe lauandā: cuſtodibus ante oſtiū expectantib⁹ expleuit votū ſuū. Quedā ſepius dixit marito ſuo q̄ nū q̄ aliū duceret poſt mortem ipſius. Et cū iuxta mariti ferctrū de alio loq̄retur reprehenſa ab ancilla q̄ adhuc calidus erat: ait. Si eſt calidus ego ſufflabo ſuper ipm̄ donec infrigidet̄. Quidā vir zelotipus vxorē ſuā ad cōfeſſionem euntē ſeq̄batur Quā cū ſac̄dos retro altare duceret ad diſciplinandū. hoc videns maritus ait O dn̄e tota tenera ē: ego ꝓ ipa recipio diſciplinā: quo flectente genua dixit mulier percutite fortiter dn̄e quia magna peccatrix ſū. Quedā mulier percuſſa eſt a viro ſuo iuit ad caſtellanū infirmū dicens virū ſuū optimū eē mediciū: ſed nō mederi cuiq̄ niſi fortiter p̄cuteret: et ſic eū fortiſſime pcuti ꝓcurauit

De iuuenculis. Ca. xix.

Qvedam volens cuidā iuueni ꝓcurari iuuenculā dedit cuidā caniculē ſue ſinapium comedere vt lacrimaret̄ dicens filiam ſuā in caniculā mutatā et plorare quia iuuenē ipm̄ ardenter amantē nō promiſiſſet ſic mulierē bonā iuueni ꝓcabat Quidam iuuenis vouit ſe diabolo ꝓpter vnā puellā quā ſūme diligebat et flectē nō valebat Sz

cū diabolus eā nō poſſet emolliē cuidā vetule
pmiſit pelles vt ipius animū iclinaret. Quo
facto cū illa pelles peteret a diabolo eas ſibi i
lōga ptica porrexit dicēs. nō audeo tibi appin
quare qꝛ peior me es Vn̄ verſus. Femina demo
nibus trib⁹ aſſib⁹ eſt mala peior ¶ Cū quedā
mulier a marito ſuo cū amaſio īuenta fuiſſet.
Illa habito cōſilio cū q̄dā vetula: inuenit ꝙ
vir herbā keruele vulgarit noiatā comediſſꝫ
et cū viro i platea occurriſſet ait. Deus ſaluet
vos ābos Cui vir. Quō ſic dicis cū ſim ſolus.
Ipā extergēs oculos ait Iſta maledicta her
ba keruele quā comedi ſp facit vnū videri p
duob⁹. Recordat⁹ ꝙ i ſero illā comederat: cre
dens verꝫ dcm̄ vetule: habuit vxorē excuſatā.
¶ Quedā vetula audiēs iuuenculā in oībus
viro reſpondentē indirecte: et ideo ſepe fuit ab
ipō verberata ait. Si velles docerē te quō pa-
cem hēres cū illo: q̄ annuit. Tu inqt ibis luna
plena ad ortū meū et ſtabis nudis pedib⁹ et
flexis genib⁹ ante herbā q̄ dicitur auerone:
et dices auerone amariſſima rampone. Et qđ
dicet tibi herba facies ¶ Vetula ergo poſuit
ſe retro herbā. Et cū iuuencula ſm doctrinā ſi
bi datam dixiſſet auerone amariſſima rampo-
ne. vetula reſpondit Si pacē q̄ris tace tū ſēt

que ex poſt tacuit et pacē habuit.

De pueris C.xx.

Boetius de diſciplina ſcolarium Quidā puer in puerilib9 exceſſib9 nō corripiebat a parentibus Tandē maiora furta cōmittens ad patibulū ducebat Rogauit patrē vt oſculū ſibi daret: quo facto naſum patris amputauit q2 eum dū puer erat i minorib9 nō correxit ¶ Puer quidā vidēs q pater ſuus matrē ſuā ſepe v'berabat: in ſero cū pr̄ dicēt ſe vnū tradidiſſe obliuioni: ait puer. Ego bn̄ noui illud. cui pr̄. dic mihi fili cariſſime. v'berare mrē3 eſtis oblit9 Quidā duos pueros habuit q̊r2 vnus de oībus q̄ venerāt ad menſā petebat Quē corripiēs pr̄ ambos ſimul poſuit Et cū ille leccator cibū gratū vidēt et petē nō audēt tuſſiuit: et pr̄ miſit alteri tūc ait Ego tuſſiui et alter tollit ¶ Vide ſupra libro 2° ca. de iuuenib9 de puero Papirio q̄ mr̄i dixit q̊d actū fuiſſet in ſenatu: vtrū ſc3 q vir duas muliēs: vel mulier duos viros habeat plus expediat.

De cecis. Ca.xxi.

Seneca epiſtola lij. Harpaſtā vxorē meā fatuā ſcis q̄ ſubito deſiit videre Subinde pedagogū ſuū rogat vt migret ad

aliam domū: dicens tenebroſā eſſe in qua fuit ¶ In Traiecto īferiori erat quidā cecus q̇ per mendicitatē cōgregauerat .xx. libras groſſoꝝ turonenſiū quas fodit in eccā forenſi ſub vna ſede: qꝺ aduertēs clericus quidā in eodē loco pecuniā q̄ſiuit et inuentā detulit De mane mo re ſolito cecus querēs et nō īueniēs dixit pue ro ſuo · duc me ad iſtos capellanos: et quē in aduētu meo videris ridentē ad illū me ducas qꝺ fecit Tunc cecus in ꝑtem trahēs ait · Dn̄e audiui multū de vobꝫ ꝙ eſtis valde honeſte et approbate vite Eſt ſecretū qꝺ volo vobꝫ com= mittē videte ne audiat̄ · Ego ſū cecus et debil̄ et neſcio qn̄ moriar · Ego poſui ſub tali ſede in iſta eccā · xx · libras turonēſiū q̄s nullus ſcit et volo adhuc apponere alias xx · et illas vos tol letis et de ſalute anime mee poſt mortē facietis ſicut decet · qꝺ clericus audiēs ſtatim repoſuit vt etiā alias · xx · hēret · Sꝫ cecus mane veniēs ſuū tulit et rehabuit: et ſic deceptor clericus deceptus fuit ¶ Quidā cecus ſemp p̄cipiebat vxori ſue vt ſemp poneret candelā in domo · q̄dā die īdignata mulier ſtetit corā eo diſco= operto culo At cecus · Eſt inquā lumē accenſū que reſpōdit ſic · Modo inq̇t ſi nō eſt meli⁹ eſt tamē pulcri⁹ ¶ Quidā cecus aſſauit pinguē

anſerē:et vxore abſēte quidā intrauit·Et cre
dens eſſe canē vt amoueret ipm̄ cōmouit ſcu=
tellas:et medio tēpore ille anſerē abſtulit et
magnū libum in veru poſuit:qd ille fortiter
vertendo aſſauit·redeūte vxore arguit eū acri
ter ꝙ oſtium reliqrat aptum:canis eñ intrās
domū feciſſet magnū damnū niſi eū mouiſſet·
et ait illa·¶Non fuit canis ſed latro q̃ abſtulit
vobis anſerē ¶Quidā monocul9 comedit ca
put ſalmonis cū alio duos oculos habente:q̃
cū oculū eius accepiſſet dixit alter·Pro deo tu
nō indiges oculo ſed ego qui non habeo niſi
vnum·:

## De fatuis· Ca·xxij·

QVidam dixit q̄tuor eſſe genera fatuo
rum· Primū qui tantū minatur ꝙ a
nullo timetur Secundū qui tantū iu
rat ꝙ ei nihil creditur· Terciū qui tm̄ dat ꝙ
nihil retinet·Quartū qui cū nō hēat ſeruito=
rem ſibi ſeruire recuſat ¶Quidā fatuus ſplē
dente ſole fleuit ſed quando pluit riſit:dicens
cauſam·qꝛ ſplendidorē ſequit̄ pluuia qd pre
ſentiēs fleuit:pluuiā aūt ſol et ideo riſit Qui
dam fatuus noīe Lobelinus indutus noua tu
nica:ſeipſū nō cognouit querēs ab omnibus
occurrētibus ſi nō vidiſſent Lobelinū Cum

quidā fatuꝰ dn̄i de barpope hēret nouā tuni-
cā in q̄ erāꝫ multa capita asinina et camerarij
eū derideret dicētes: apparet ꝙ es fatuꝰ qꝛ tot
capita asinina fers ī tunica tua Jlle vadēs ad
dn̄m volo inq̄t vt recipias tunicā qꝛ nolo eā:
facis em̄ me fatuū cū illa: qꝛ in ea posuisti capi
ta asinina. Respōdit dn̄s nō ꝑ deo qꝛ imo sūt
capita ceruina Tūc fatuꝰ. vbi gᵒ sūt cornua.
at dn̄s nō hn̄t qꝛ sūt iuuenes hinnuli. tūc fa-
tuus īsultātes redarguit dicēs se capita cerui
na et nō asinina portaꝫ ¶ Fredericꝰ imperator
dixit ꝙ maiorēs fatui de mūdo sūt q̄ credūt pe-
nas futurās et pr̄mia futurā: ī pctis tn̄ viuūt

De obsessis. Ca. xxiij.

Q Vedam puella obsessa ī wesalia cū
oībus aduenientibus disputauit. Qd
audiēs quidā magister ī artibus re-
uersus recēter de Parisiꝰ venit ad illā Cui de
mon tu venis de vico straminū: dic mihi wer
oīs equus een peert q̄ q̄lis et q̄nta weert sijn
steert: q̄ cōfusus recessit ¶ Cū quidā rusticus
quereret a quodā obsesso quot filios habēt.
respondit demon vnū. cui rusticꝰ modo appa
ret ꝙ mēdax es: ego em̄ hēo duos. cui demon
ego verū dixi: qꝛ vnū ex illis non est tuus sed
sacerdotis ¶ Quidā clericus de quadā femina

īfamatus pact⁹ cū demone habuit: q̄ ſibi pro miſit q̄ ſi ſe ad ſenſū ſecū̄e expurgaēt ipē vellet efficē q̄ nihil de verēdis hrēt: qđ cū cleric⁹ facēt et ſe nudaēt habuit plene oīa q̄ debuit vir hrē et ſic cōfuſus receſſit ¶ Cū q̄dā ꝓpter maliciā vxoris ſue recedēt de t̄ra: ait vxor cui me cōmēdatis Ait diabolo· Et cū adulteri venerūt terruit eos diabolus et fugauit· redeūte aūt viro ait diabol⁹ Tene vxorē tuā poti⁹ cuſtodirē oēs porcos ſilueſtres q̄ eā ſolā ¶ Demoniac⁹ trāſiēs p forū ter riſit· Prīo q2 vidit hoiem ementē ſotulares parit et capones: dicens ille hodie morieť et emit talia· Scđo riſit q2 vidit baiulum ducentē ad patibulū qui rem modicā furatus fuerat dicēs· Miror et mirum eſt q̄ magnus latro ducāt puum ad patibulū· Tercio vidit preſbiterū puerū ſequētē et cātantē et ruſticū flentem· Cū ecōtra ſacerdos cuius erat puer debēt flere et ruſticus cātare q2 liberat⁹ erat a magno onere ¶ Demō per q̄ndā obſeſſuz dicebat· q̄ in īferno nulla eſt redemptio· vere fatuus eſt homo qui obligat tam nobile pignus qđ ſi pdiderit nunq̄ redimeť· ¶ Quidā religioſus videns demonem in clauſtro ambulantē: ait demoni q̄đ facis in clauſtro; demō ait; rota q̄nta q̄đ addita

plauſtro. Illa puertit plauſtrū. demon ſi ſic poſſem puertere clauſtrū. Quidā dixit ſocio ſuo: miror ꝙ demon pmittit nos viuere cū ſumꝰ tales peccatoēs Cui alius: ego nō miror quare impediret ſeruos ſuos.:

De ſūmis pontificibus. Ca. xxiiij.

Legitur in cronicis: cū papa cōſecratur ſtupa in cōſpectu eius cōburitur et dicitur Sic trāſit gloria mūdi: cogita te cinerē et morta ē Ibidē Sergius papa pus vocabat os porci. Vn̄ ab iſto oēs in poſterū mutauerūt nomē ꝓprium Ibidē Euariſtus papa ſeptē dyacones iſtituit q̄ cuſtodiūt papam p̄dicantē Vel ꝓpter ſcandalū erroris qd fieri poſſet et ab emulis iponi: et ne papa infamaretur et verbo diuino ab inſidiatoribꝰ detraheretur Ibidē Fabianus papa cū ad locū vbi populꝰ de futura electione cogitauit accederet: colūba ſup caput eius deſcēdit et ſedit dicens Rome epiſcopus ordinaberis Ibidē cū quedā mulier i die paſche ſacrificās manū pape oſcularet tanta eā ſubito temptatio inuaſit ꝙ manū illam clam pſonaliter amputauit. Quā tn̄ manū poſt orōes et vigilias btā virgo portans viſibiliter apparuit et ſibi ſuā

manū reſtituit ¶Bonefaci⁹ papa a Foco im
peratore obtinuit ꝙ eccleſia beati Petri ſe ſcri
beret caput ecc̄aꝝ: qꝛ Conſtantino politana
eccleſia ſe primā omniū ſcribebat vt dicit ibi
dem ¶Adrianus papa cū tota ſynodo prela-
torum dedit karolo regi ius eligendi ſummū
pontificē et ſedem apoſtolicā ordinandi· Et ꝙ
om̄es archiepiſcopi ꝑ ſingulas ꝓuincias in
ueſtiturā ab ipo reciperēt: et omnes in hoc re-
belles anathemati ſubiecit·

De cardinalibus Ca·xxv·

Dominus Octouian⁹ cardinalis fecit
i lugduno ꝙ papa miſit ꝑ fratre to-
to· Et cū quereret cauſā vocationis ſue
dixit ꝙ neptis ſua nō poſſet habere puerū: et
qꝛ ipe medicus erat: vt faceret ꝙ poſſet cōcipe
re· reſpōdit· tu es iuuenis et calidus: tu citius
facies eā cōcipere ꝙ̄ ego· et ridens papa aſſūp-
ſit eum ꝑ capellano· ¶Cū duo litigarent ꝑ
ꝓpoſitura cuiuſdā hoſpitalis corā cardinalib⁹
dixit vnus cardinalis· mirum eſt ꝙ vos pau
peres et illitterati nō poteſtis cōcordaē de vna
parua prepoſitura· Cui vnus illorū dixit· Mi-
rabilius eſt ꝙ vos diuites et litterati nō pote
ſtis cōcordaē in vnū papā ¶Quidā cardina
lis audiens ꝙ quidā frater ſemꝑ predicaret

contra p̄latos cõpulit eũ corã ſe p̄dicare·Quia
ait·Dñi eñ ſũt cardines terre: q̄r cardinales
ſũt ſicut cardines·Nã ſi cardo hoſtij nõ vnga
tur ſp̄ murmurat ſ; vnctus ſuauit̄ claudit et a
perit ſil̄r·rc·¶Quidã cardinalis habuit
capellanũ noĩe michaelẽ cui ſepe dixit q̄ ſi de⁹
eũ iuuaret ſui memor eēt ip̄m ꝓmouēdo·Sed
tandē factus papa multis intētus illi⁹ oblitus
fuit: cũ ãt acceſſuꝫ nõ poſſet hrē ad papã ſcrip
ſit i porta q̄ papa trãſitur⁹ erat Stat foris an
fores·Michael dicēs: q̄ honores imutant mo
res raro tñ in meliores·Qd̄ papa legens: et
eum foris inueniens memor promiſſi ſibi de
bono beneficio prouidit·

De archiepiſcopis· Ca·xxvi

Cum q̄dã archiepiſcop⁹ in ramiſpal
marũ multa de humilitate xp̄i: et aſi=
na quã equitauit p̄dicaſſet·Poſt ſermonē aſ
cendit altũ paleſridũ Cui vetula quedã occur
rens et tenens eũ p̄ frenũ dixit ei·O domine
fuit ne iſta aſina quã eq̄tauit xp̄us: Cũ q̄=
dam archiepiſcop⁹ contra frēs predicatores
predicaret fortiter impingendo et eos pha=
riſeis cõparando·Surrexit lector cõuentus il
lius vbi hoc contigit impleto ſermone dicēs
O domine vnum tradidiſti obliuioni illud

videlicet· Gens tua et pōtifices tui tradiderūt te mihi ¶ Idē alias p̄dicauit cōtra mgr̄os et lectores q̄uo magnificarēt fimbrias et q̄ñ q̄rerēt p̄mas cathedras in ſinagogis et ſilia· Poſt paucū tp̄us obuiauit ſibi lector in tp̄e lutoſo et pluuioſo peditādo et ait admirādo· Quid facis lector: Dn̄e inq̄t magnifico fimbrias meas et oñdit ſibi veſtes a p̄te poſteriori ¶ Quidā archiep̄us de nouo itrauit Rothomagū quē videtes iberbē: clamauerūt eū eē ſine teſticulis Qui reſpōdit Ratio eſt q2 quā deſpōſaui vouit caſtitatē ¶ Cū quidā archiepiſcopus in viſitatione quādā abbatiſſam grauit puniuiſſet ꝓpter exceſſus ſuos: et illa inſtāter petēt vt aliq̄d de pena relaxaret· Dixit nullā vobis gratiā facio q2 vos nō diligo· Et illa: bene credo: q2 capo nunq̄ꝫ diligit gallinam ¶ Filius comitis Sabaudie archiepiſcopus dedit quatuor dies indulgentie eis qui acciperent de elemoſina ſua· Vnde rex Anglie aliquādo accepit·

## De Epiſcopis· Ca· xxvij·

CVm quidā epiſcopo diceret ſi min⁹ laboraret poſſet viuere q̄nq3 annis ſi nautē tm̄ duobus Qui reſpondit· Malo eſſe piſcopus bon⁹ duob⁹ annis q̄ꝫ malus q̄nq3

Cū quidā epō dicēt ꝙ eēt nimis auar⁹ q̇ p ce
viuēdo ecc̄am suā adq̄sierat quā p̄decessoꝛ su⁹
obligauerat. Reſpondit ego ſū largioꝛ q̄ ip̄e
qꝛ ſolui debitū ſuū et meū ¶ Cū ep̄s Carno:
tenſis ꝓmiſiſſet Philippo regi Frācie ꝙ p̄mā
pꝛebendā quā daret ſibi daret ad votū: et cū
multe vacaſſent p vices īdignat⁹ eſt rex. Cui
remādauit ꝙ nullā adhuc dederat ſꝫ oēs vēdi:
derat ¶ Ep̄s Metēſis īſequebat̄ ceruū mag:
nū: q̇ ſaltauit ī ſtagnū: quē luce⁹ magn⁹ cepit
p gulā Exit ceru⁹ cū luceo: et ſic vtroqꝫ capto
epūs de vtroqꝫ xenia miſit ¶ Quidā clericus
citabat̄ ab epiſcopo ſuo ꝙ aſinū ſuū ſolēniter
ſepeliſſet cū obſequijs. Qui cōparēs dixit aſi:
nū feciſſe teſtamētū et legaſſe epiſcopo q̄nqꝫ
libras. Tūc epiſcopus ait reqēſcat in pace.
¶ Quidā ſcolaris nobilis Pariſi⁹ dixit ꝙ oēs
epiſcopi Frācie ceci eēnt: qꝛ magiſtro ſuo pau
peri et litterato de honeſto beneficio nō ꝓuide:
rent Ipſe poſtmodū fcūs epūs ita eſt honoꝛe
excecatus humano: ꝙ etiā ſuo magiſtro nihil
dabat. Quadā autē die cū veniret Pariſius
magiſter obuiauit ſibi deferens duos cereos
ardentes in manib⁹: querēti epiſcopo cur hoc
facēt: vt me videatis inq̇t qꝛ cec⁹ eſtis ¶ Qui
dam epūs habebat multos nepotulos qui

ſedebāt in menſa humili corā eo· Et ſemp cū aliqua dignitas vacarat repulſis alijs aliquā illoꝝ dabat Quidā homo magn⁹ ab epiſco: po inuitatus ponebat ſe ad menſā pueroꝝ: interrogatus cur hoc faceret: Reſpondit epiſco= po ꝙ de alia menſa neſciret vocare ad digni= tates nec alibi ſedentes·

De archidiaconis Ca·xxviij

Cum quidā archidiacon⁹ viſitās to ta die cōuiuijs et ſolatijs vacaret: populus ab eo expetebat verbū dei· Cū igitur de miſſa iret ad menſā dixit illi vetula: ꝙ ſuū officiū ſcȝ predicationē expectarēt· Qui reſpondit· nos nō intromittim⁹ nos de talib⁹ reſpondit illa parū de aīabus noſtris curauit qui eas talibus cōmiſit Archidiacon⁹ vi= ſitauit puam ſuā eccleſiā a qua aſſumptus e= rat ad archidiaconatū· Quidā ruſticus petēs ab eo cōſilium dixit· Domine duxi vxorē pau perem: modo mulier diues requirit me: poſſuȝ ne pauperem dimittere et diuitem retinere: Reſpōdit nullo modo Cui ille· vos certe dimi= ſiſtis eccleſiā pauperē et retinetis diuitem ar= chidiaconatū· Quo audito ipē dimiſit archi diaconatū et reuerſus eſt ad eccleſiā ꝓpriam Quidā archidiacon⁹ nimis biberat in ſero

defuit matutis mane ſurgēs dixit. Q̄uo nox
iſta breuis eēt. Reſpōdit famulus ſu⁹. Quaē
de ſero vos tm̄ moleſtatis ſcꝫ in bibēdo. Cū
quidā archidiacon⁹ dicēt frī Jordano mgrō
ordis fratꝝ p̄dicatoꝝ ꝙ frēs multū biberēt i
menſa maxīe in p̄ncipio mēſe Et cū illū pedes
ad quoddā monaſteriū duxiſſet: anteq̄ꝫ venit
ad mēſam duos pottos bibit et in principio
menſe vnū Tūc reprehēſus a fratre Jordano
et a reprehenſione fratrū ammodo ceſſauit.
Narratur de quodā clerico qui archidiacō
no ſuo aſinū ſuum dictū modicū preparauit
ad comedendum.

De canonicis. Ca. xxix.

TVlius de apibus. Cū Philippus can
cellarius Pariſienſis plura beneficia
tenens in infirmitate ſua ab epiſcopo ſuo mo
neretur vt illa dimitteret. Reſpondit. volo ex
periri veritatē coram ſūmo iudice. Qui mortu⁹
apparuit epiſcopo in forma vmbre terre. et di
xit. Ego miſer dānatus ſū potiſſime ꝓpt tria.
Primo ꝓpter recreſcētes quos abſcondi a facie
pauperū. Secūdo ꝓpter pluralitatē beneficio
rum. Tercio ꝓpter crimen carnis deteſtabile.
Et ſubiūxit Eſt ne finis cito mūdi Cui epiſco
pus miror cū fueris maximus clericus et me

vides viuē· et oē viuēs añ extremū diē ſit mo:
ritur· rn̄dit nō mireni qꝛ nec ſciētia nec rō vi
get apud īferos ¶ Dn̄s Albtus dixit cuidā ca
nonico Coloniēſi redeūti de curia cū diſpenſa
tione de plurib⁹ bn̄ficijs· Vos p̄us potuiſtis
ire ī īfernū ſine licētia nūc ibitis illuc cū diſpē
ſatione ¶ Quidā fuit canonic⁹ in duab⁹ eccle
ſijs quaꝝ epiſcopi ambo ī vno tpe deceſſerūt
ſōniauit autē qꝫ ſibi duo baculi porrigerent
Qd cū aliqui int̄pretarent vtrobiqꝫ eligen=
dū: cū ſequēti die iter faceret: cecidit de equo
ambabus tibijs cōfractis: et oportuit eū cum
duob⁹ baculis eūdo ſuſtētari ¶ Dn̄s Johan
nes cācellarius Pariſieñ· ſtati poſtqꝫ intrauit
ordinē p̄dicatoꝝ p̄dicauit qꝫ pluralitas bene
ficiorū puerteret regulas grāmatice· Ibi eīn
dicit qꝫ ſubſtātiuū et adiectiuū debēt cōuenire
in nūero figura et pſona Sꝫ h pſona q̄ ē ſub
ſtātiuū eſt numeri ſingularis et figurē ſimpli:
cis· ſꝫ adiectiuū ſcꝫ bn̄ficia ſūt plurales et ɔpo
ſite figurē· Si dicēs· plati ſcribūt nos dei grā
ait· h eſt ꝓ me: qꝛ ſūt pſone publice et capita
les Et ī h mōſtruoſa res ē eſſe plura capita

De claudis et cōtractis Ca· xxx·

CVm multi claudi veniſſent ad eccīam
cuiuſdā ſācti vt ibi ſanarēt: nec poſſēt

expelli a ſacerdote· tūc dixit ſacdos· date mihi
oēs baculos ego vos oēs cuabo· q̄ facto miſit
ꝑ igne Qui req̄ſiert ad qd: Dixit magis clau
dus ꝯburet: et de puluē ei⁹ oēs cuabimi q̄ au
dito oēs fugerūt ¶De ſacerdotib⁹· C·xxxi
QVidā ſacdos huilis habuit cōcubinā
māda uit ei archidiacon⁹: ꝙ vel relinq̄
ret eccām vel ꝯcubinā· dimiſit eū cōcubina q2
nihil iā hēbat ¶Quidā ſacdos habuit duas
cōcubinas· vnā canā aliā nō Cana volēs ſibi
aſſil'ari ſacerdotē i capillis extraxit ſibi oēs ca
pillos nigros· alia oēs canos: et ſic ābe ex to
to ipm depilauerūt: ſicut i capite ita i reb⁹ et i
mēte ¶Quidā ſacdos frī petēti hoſpitiū dixit·
Quādiu ſtetiſti i ordie Qui ait· triginta ānis
Tūc ſacdos: vere diu ſtetiſti ſede mō ¶Quedā
paupcula ifirma legauit ſacerdoti vnā galli-
nā poſt mortē ſuā q2 nihil hēbat· Et cū ſacer
dos eā caperet adhuc ea viuēte: dixit illa peio
res ſūt ſacerdotes ꝙ̄ diabol⁹· q2 multotiēs de
di eā diabolo et vulpi et retinui eā· mō āt nō·
¶Quidā ſacdos parauerat magnū cōuiuiū et
cū videret frēs dixit· Doleo ꝙ nō poteſtis me
cū comedere: q2 ſū excōicatus· Cui frēs nō cre
dimus vobis et ſic remāſerūt ¶Quidā cleri-
cus inuitauerat fratrē et emerat bonū lucium

viuū que pmiſit pͥſcēs ſup currū· ḡ illo cadē
te p ſportā fractā ad ſegetes lepus vidēs illū
biantē occurrit iuxta os ei⁹ muſitādo· Cleric⁹
āt ſeqns apphēdit vtrūq₃: et domū rediēs iue
nit ſuū luceū fuiſſe dicēs meritis frīs ſibi etiā
p ſe de lepore pͥuidiſſe· De clericis· C·xxxij

CVm qdā cleric⁹ cū qdā milite cōtende
ret: et cleric⁹ p corp⁹ xp̄i qd in ſuo cor
poꝛe receperat iuraēt ſe vindicaturū· ait miles
Si xp̄s hodie accept⁹ eſt in vr̄o hoſpicio tūc
nō dixerat pr̄ nr̄ ſācti Juliani: q₂ in tā vili et
ſordido hoſpitio ē recept⁹ Quidā cleric⁹ ve
tulus abſcōdit pecuniā ſuā iuxta eccām tegēs
foramē lapide hn̄te ſcriptū: h̄ eſt· Veniēs ali⁹
vidēs lapidē tali ſcptura ſignatū admirās qd
ibidē eſſe poſſet euertit lapidē et reppeꝛit pecu-
niā quā abſtulit et ſcripſit ſup lapidē h̄ nō ē·
Quidā cleric⁹ corruptiſſiē dixit horas ſuas
quē diabol⁹ p capillos eleuās: ait· Dixit dn̄s
domino meo: et diu tenens grauiter cadere per
miſit dicens· Sede a dextris meis Quidā
clericus poꝛtans aquam benedictā quotiens
venit ad domum cuiuſdam diuitis nihil dedit
ſibi niſi conuicia· Tandem cū haberet malum
in crure dedit ſibi panem et rogauit vt oꝛaret
pro deo· Qui ſtatum oꝛauit q deus ſibi daret

malū i alio cruce vt efficeret magis deuotꝰ

De aduocatis. Ca.xxxiiij.

Aduocatꝰ quidā ab vtraqȝ pte accipiebat et qdā dedit vxori sue vaccā: alter vo dedit boue Et cū veret pmoue p eo q̄ dederat ei boue fcūs est mutꝰ. Tūc ille loq̄re bos. Qui rn̄dit. vacca nō pmittit. Quidā rusticus rogabat aduocatū q̄ndā vt docēt eū melius vbū aduocatōis: qd si facēt ip̄e daēt sibi anserulas Qui dixit Quicq̄d a te petitū fuerit i iudicio nega: et t'minū libēter ploga donec cognoscas Et cū aduocatꝰ mittēt p anserul' suis: ille negauit dicēs se illi nō dere: tandē res cognoscēs t'minū obtinuit vlteriorē vsqȝ ad ānū Quidā aduocatꝰ lucrabat oēs cās: tā defcūs monachꝰ et negociator domꝰ ꝯstitutꝰ oēs amittebat. Qui abbati sup h' indignato rn̄dit. nō audeo mētiri sicut an̄: et ideo pdo cās mihi ꝯmissas Aduocatꝰ q̄dā cū g'uiter ifirmaret et diceret sibi q' cōicaret. volo inq̄t vt mihi iudicet an debeā facē an nō. Et cū astātes dicerēt Iudicamꝰ q' sic Appello inq̄t tq̄ ab iniq̄ sn̄ia qꝛ nō estis iudices mei: ⁊ sic mortuus ē Quidā aduocatꝰ i hora mortis sue petiuit vlteriōes iduđas vt ꝯsueuerat Quibꝰ tn̄ nō obtētis iuit i viā suā q̄ potuit. Versus.

Audio sic dici ꝙ sint nulli⁹ amici· Isti causi
dici sed nō decet om̄ia dici·

De abbatibus Ca·xxxiiij·

In vitis patꝝ Cū abbas Arsem⁹ deret cuidā
monasterio de abbate ꝓuidē: dedit eis virꝝ re
ligiosū ꝫ rigidū· quē q̄ꝛ nō sustinuerūt ꝓui=
dit eis de dulci et benigno· quē remissuꝫ repu
tantes petiuerūt ꝓ alio Tūc ille ait: de duob⁹
q̄s nutriui ꝓuidi vob̄ et scio ꝙ vterqꝫ h̄et spi
ritūscm̄ ꝫ vn⁹ apparuit i spē ignis: ali⁹ in spē
columbe· i alia spē nō audiui spm̄scm̄ apparuisse
et ideo nescio vob̄ de alio ꝓuidē ¶ Quidā ab=
bas itrauit sp ad mōchos colloq̄ntes: q̄ viso
fuer̄t stupefcī Qui dixit· de q̄ loq̄bamī· R̄ndit
vn⁹ illis eloq̄ntioꝛ: de vobis· Et q̄d dicebatis
Certe nos loq̄bamī q̄uo vos et alij tā cito po=
testis effici tā mali· R̄ndit abbas q̄ꝛ de mala
mā id est mōchis fcī sum⁹· Cui ille· nō ex pte
mateie ꝫ ex pte carpētarij· mā enī bona ē ꝫ ars
errat Quia nos de tali mā facim⁹ trabes de q̄
nō derem⁹ facē tegulas ⁊c· ¶ Cū q̄dā abbas
i capitulo dicēt corā monachis suis ꝙ nō sen
tiret i officio nisi penā et nō esset alioꝝ dn̄s ꝫ
seru⁹· responderūt monachi Festū btī Johā
nis instat loca te alibi: nolum⁹ vltra seruiciū
tuū· et sic eū de officio destituerūt Cū mōchi

laboraret ad depoſitionē abbatis ſui dicētes
ꝙ nō eēt ꝯueniēs Diciꞇ vn⁹ imo ē ita ꝯueniēs
ꝙ oēs de iſto ſatis bēm⁹ ¶ Ceſari⁹ inſtāte ele
ctione abbatis ſcī dyoniſij ꝓpoſit⁹ obtulit re
gi Frācie q̄ngētas libras vt ſibi fauēt Camera
ri⁹ tm̄ obtulit Cācellari⁹ totidē: q̄s ſuo camer
rario tradi iuſſit. Statuto die electiōis cū rex
ſederet cū eis ꝑdc̄is trib⁹ expectātib⁹. rex vō=
uit q̄ndā ſimplicē mōchū ſedētē i āgulo et ip̄z
ꝯſtituit abbatē Quo allegāte inſufficiētiā et
debita cōuētus: rex ſbꝛiſit dicēs Ego ſtati. d.
dabo vob̄ et ſi ncc̄e fuerit pl⁹ addā inſup cōſi
lio et auxilio ¶ Quidā abbas Pariſi⁹ tn̄ſiuit
ſcolas vbi de q̊libet diſputabat̄ intrās q̄ſiuit
q̄ſtionē iſtā Vtꝝ meli⁹ ſit facē tātillū bonū qđ
q̄s iā nouit et illud ſolū facē aut ꝑficē et ad=
diſcē q̄ nō nouit et parꝝ facē: reſponſū fuit ꝙ
ꝑmū fuit meli⁹. Tūc ait ergo oēs eſtis fatui
q̄ ſꝑ addiſcitis et ꝑm ſcias nō facitis.

De prioribus Ca. xxxv.

QVidā volens cōmēdare priorē defun
ctū et alios iſtruere ſic ſcripſit. Hūc
ſupēs q̄ nūc ſup es ſucceſſor honoris
Degener es ſi degeneres a laude prioris In
prioratu nigrorꝫ dicto ramelſſe fuit q̊dā ꝑor li
beralis q̄ fecit ſcribi iſtū verſū in porta. Porta

patẽs eſto:nulli claudaris honeſto. Cui ſucceſ ſit ali⁹ noĩe Reynerd⁹ q̃ retẽto verſu ſolũ mutauit pũctũ ſic Porta patẽs eſto nulli:claudaris honeſto. q̃ ꝓpter hoc abſolut⁹ fuit. Et increuit ꝓuerbiũ. ꝓpter vnũ pũctũ amiſit Reynerdus ꝑoratũ ¶Quidã ꝑor fecit apponi de aq̃ ad vinũ Qui vidẽs vnũ de mõchis nimis loq̃ce O frat̃ qñ inq̃t ceſſabit molẽdinũ tuũ. q̃ ait nõ pt ceſſare q̃diu ſibi tantũ dabitis de aqua ¶Prior q̃dã vni fratꝝ dixit ꝙ ipe eẽt de⁹:et hꝰ in trib⁹ ſcꝫ in nõ poſſe peccaẽ:qꝛ nimis defẽdebat ſe i capitulo Itẽ in oĩa ſcire:qꝛ oẽs officinas cͤcuibat:oĩa volẽs ſcire q̃ fiebãt. Itẽ in eẽ vbiqꝫ qꝛ multũ diſcurrebat ¶Quidã mõchus i polatra dedit ꝑori poſt cõpletoriũ fortẽ diſciplinã. q̃ veniẽs ad capl'm illo ſe accuſãte dixit ꝑori:frat̃ vos neſcitis adhuc dare diſciplinã Qñ diſciplinatis priorẽ detis decẽter et ſic pcutẽ ¶Nõ ſic nõ ſic et dedit ſibi fortiſſimos ictus.

De monachis Ca. xxxvi.

Monachus quidã antiqu⁹ in choro totus ſõnolentus cũ ſemel in choro obdormiuiſſꝫ:videbat̃ ſibi ꝙ veniret vn⁹ longus ruſtic⁹ turpiſſim⁹ cũ vno fetido terſorio equorꝫ quo volebat tergere faciẽ illi⁹. torue reſpiciens eundẽ. Quẽ monachus volens

effugē eliſit caput fortiꝰ ad parietē· et ſic exā
tatus fuit ¶Cū a quodā monacho poſt cōpleto-
riū peteret ſi plus vellet bibē: extēdit digitū i
tendēs ꝙ nō· Tūc famulꝰ dixit ipē petit de vi-
no albo Sȝ cū monachꝰ ſignū geminaret qui oī
no nollet et peteret qd intēderet: rñdit fāulus
ꝙ vellet de vino rubeo· et ſic fāulus de vtroqȝ
bñ bibit qꝛ parū añ biberat ¶Quidā mona
chus ducēs ad aquas equū ſuū: vidit ſup pō
tem ruſticū cū aſino ſic onerato: ꝙ vix poteāt
mouē pedē· quē ruſticꝰ ſine mīa cedebat vt ꝓ-
cedēt· Cui monachꝰ dixit· Miſer cur deſtruis
beſtiam tuā ſic oneratā· Et ruſticus nō eſt ita
oneratꝰ quin bene portaret patientiā totā ab-
batie veſtre· qui multū factus eſt impatiens·
Cui ruſticus animal brutū nō murmurat ſub
onere et vos ex vbo faūs eſtis inquetus ¶Qui
dā religioſus veniēs ad portā mōchorꝝ: cū nō
poſſet intrare fortiſſiē pulſauit capanā· veniēs
vnꝰ de mōchis dixit· qd eſt hoc: Ego inqt frat
pulſo ꝓ caritate q̄ receſſit a mōſterio Mōchꝰ
recipiēs cāpanā fortius frē pulſauit· Cui frat
qd vult ſibi hoc: Rñdit mōchus ego pulſo ꝓ
patiētia que receſſit a frē religioſo ¶Quidā
monachus cartuſienſis cū ſibi offeretur mi-
ſericordia in ſextis ferijs dicebat· Acceperunt

alij: qū dicebat ſeruitor q̄ ſic Abſit inq̄t q̄ ego ſim ſingularis. Si dicebat nō: dixit. abſit q̄ mīa et caritas nō ſit hoſpitata ī domo cartuſiē ſis Semel fuit mīa de anguillis et illa fuit in q̄rtana. Tūc ſeruitor: frat̄ mīa eſt de āguillis et vos eſtis q̄rtanari⁹. Accipiam inq̄t neſcio qn̄ iterū habebo de anguillis.:

De predicatorib⁹ Ca. xxxvij.

In cronicis frm̄ p̄dicatoꝝ legit̄ q̄ cū poſt cōcī liū Lateranēſe: papa circa negociū ī Tholoſanis ptib⁹ pagēdū vellet ſcribē btō Dn̄co dixit nōrio Scribas frī Dn̄co et frib⁹ p̄dicātibus: et paululū ſiſtēs ait Scribas mgrō Dn̄co et frib⁹ p̄dicatorib⁹ Et ex illo prīo ceperūt frēs p̄dicatoēs noīari Juli⁹ ī li. de apib⁹. cū btūs Dn̄cus ſemel ꝑ ſermōe ad clerū rogaretur: iniūxit cuidā puero ī noīe prīs ⁊ filij et ſpiritusſancti vt de iſto themate p̄dicaēt: videm⁹ nūc p ſpeculū ⁊c. q̄ mox ꝑ miraculū fcm̄ fuit. In vitis fratrū habet̄. Cū duo frēs ex Hiſpania de Pariſienſi ſtudio redierūt et vnus multū laſſus vellet ī villa ꝑmanē: alter āt vellet vlteri⁹ ꝓcedē. At ille laſſus. nō inq̄t poſſibile eēt deo nobis hͥ de bono prādio ꝓuidere: Dixit alt̄: deus bn̄ poſſet ꝫ nō cōſueuit Et ecce dn̄a caſtellana beati Maxētij ītrauit, et vidēs

frēs eis p filiū suū paſtilla cū piſcib⁹ et alios piſces panē et vinū miſit et fili⁹ illi⁹ dn̄e fr̄ibus deuotiſſime ſuiuit· Pro q̄ dū frēs orarēt ille nō poſt lōge ordinē itrauit ¶ Quidā frēs in tabilon̄ nō poterāt hoſpiciū inuenire qr ſex erāt Tādē iuenerūt ribaldos ludētes i foro: dixit q̄dā frat̄ qp q̄libet illoꝝ ꝓ illis ꝓijceret vnū iactū: qd̄ et fecerūt et bn̄ edificati eis necāria miſtrauerūt: et mlti diuites ex h̄ cōfuſi fuerūt ¶ Cū q̄dā frat̄ freq̄nt̄ ciphū tollēt et biberet i mēſa: aduertēs prior ipm de h̄ reprehēdit Qui rn̄dens ait ꝓubialiter dicit̄ qp poſt bonū v̄bū dēnt hoīes bibē: mō tot bona v̄ba legūt̄ nob̄ qp nō ſcio ſatiſfacē ꝓ vino: qr liber ꝓuerbioꝝ legebat̄ ad mēſā ¶ Dn̄s Hugo vidit iuuenē nō comedētē qr panis nis durus erat· Et mādauit p ſeruitorē q̄re nō comedēt· et remādauit ei dicēs Si filius dei es dic vt lapides iſti panes fiāt ¶ Narrauit frat̄ Nicola⁹ de Broſbarch āntiqu⁹ et reuēnd⁹ teutonic⁹ mgr̄ ordis q̄ten⁹ fuerat fili⁹ ducis Saxonie h̄ mō dux ſōniauit de vxoē ſua ꝑgnante qp filiū parēt pauperē mēdicū Qui mādauit vt cū parēt filiū ipm iterfici curaret ne in ipo verecūdiā pateret̄ Que pietate materna mota filiū ſuū vni vxori ſimplicis militis tradiditq̄

ſi illiꝰ filiū nutriēdū Qui creuit i moribꝰ ꝓfi
ciēdo:et vt filiꝰ illiꝰ militis ordinē ē igreſſus
vt ſōniū ipleret· Tandē cū iā eſſet mgr̄ ordis
ducāſſa eidē veniēti i Saxonia iſta p ordinē e
narrauit Sꝫ ille recuſauit dicēs ſe ſolū eſſe il
lius militis filiū et nō ducis ¶Cū a mgrō or=
dinis frē Jordano q̄reret quā regulā hēret·
Rn̄dit fratꝝ p̄dicatoꝝ q̄ eſt honeſte viuē diſ
cere et docē·q̄ etiā petiuit btūs Dn̄icus a dn̄o
ſcꝫ bonitatē q̊ ad p̄mū·diſciplinā quo ad ſecū
dū·ſcietiā quo ad terciū ¶Julis de apibus
Quidā frater ſepe abſētauit ſe de choro Tandē
aliȷs i choro exn̄tibus ip̄e ſedit in cella Appre
hendit eū diabolus p capillos et eleuās ipm i
a'tū dixit Fratri ſubtrahēti ſe a choro ſb'trahit
deus grām in p̄n̄ti et gloriā in futuro

De minoribꝰ Ca·xxxviij·

QVidam frater minor papā Bonifa=
cium offenderat:et p fratres eiuſdē or
dinis fuit papa preſētatus:q̊ cū per=
ductus fuiſſet ad papā:dixit papa Gens tua
et pōtifices tui tradiderūt te mihi Cui frater i
ſui excuſationē reſpondit·et q̊ me tradidit ti=
bi maius peccatū habet:quo papa delectatꝰ
eū liberū dimiſit ¶Quedā mulier iuxta Brū
ſwick legauit fratribus minoribꝰ qꝛ de eorū

fratˀnitate erāt vnā veſtē valētē dimidiā mar
cā. Sʒ cū anthoniani venientes de mltis ꝑdica
rēt indulgētijs et gratijs fratˀnitatis ipoꝝ: ve
niēs mulier portauit illis veſtē legatā fribus
minoribꝰ: quā cū gratitudie ſuſceperūt. Qd i
telligētes miores ipam de tali facto culpaue
rūt. q̄ rn̄dit. vna fratˀnitas ē oīs fratˀnitas. Et
qꝛ āthoniani i illa ciuitate hēbāt porcū piguē
bti Anthonij qui bn̄ valebat vnā marcā: illū
miores domū ducētes mactauerūt. Et cū ātho
niani cōqrerent de iiuria: dixerūt miores Iſte
porcus fuit fratˀnitatis nr̄e qꝛ oīs fratˀnitas ē
vna fratˀnitas. Tandē cū deductū fuit ad iudi
ciū ciuitatis: cōclusū ē ꝙ qlibet retieret qd ha
bēt et āmō cauēt ¶ Quidā mior i brunſwick
fuit fcūs delirꝰ ʒ adhuc bn̄ ſciuit ad miſſā iu
uare ſiue miſtrāē Et cū ſuitor portaēt magnū
caponē cuiꝰ tibie vltra ſcutellā erāt ꝑtēſe: oc
currit illi delirꝰ q̄rēs vtꝝ illd eēt grus vel pul
lus. q̄ eū mordacit abegit De mane qn̄ cuſtos
debat legē miſſā: ille ei miſtrauit Et cū cuſtos
dicēt Cōfiteor: ille ait. Dicatis m̄ an ſero fuit
grus vel pullꝰ: alias vos nō abſoluā Tūc ille
cōpaſſus ſtulticie ſue dixit: ꝑ deo pullus fuit:
tūc ille ſubiūxit miſerat vrī. ac. Cū plures
minores ſeniores de capitulo redeūtes i domo

cuiuſdã plebani ad comededũ ſe recepiſſent:
et multa bona de diuerſis carnib9 et vinis de-
tuliſſent ad menſã plebani9 occulte cũ ſuo cã-
panario ꝓcurauit vt pulſaret ꝑ hoſtib9 et al
te clamaret Jnimici inimici: qd audiẽtes mi-
nores et timẽtes ꝑdere eq̃s et aliã elemoſinã: cur
rus ſuos veloc' aſcenderũt et foras fugerũt.
pleban9 h̃ videns oẽs cibos collegit et plurib9
dieb9 valuit copioſe cũ ſuis et delicate.

De nouicijs. Ca.xxxix.

CVm q̃dã monachi nouicio cuidã de or
dine p̃dicator̃ et ordini detraherent
ſuũ pferẽtes Queſiuit nouici9 ſi xp̃s oib9 di-
dicisset formã viuẽdi:et oĩs ei9 actio nr̃ã ſit in
ſtructio Et illis rñdẽtib9 q ſic:ait Cũ nõ lege
rim dñm ihm fuiſſe monachũ nigr̃ vel griſeũ
ſ3 pauperẽ p̃dicatorẽ:volui poti9 ei9 ſeq̃ veſti-
gia q̃ alteri9 cuiuſcũq3 Cũ mgr̃ Jordan9 fi
liũ comitis de daſſe de cui9 ide Jordan9 ꝓge-
nie nat9 eẽt Pariſi9 ad ordinẽ recepiſſ3 Et co
mes de h̃ mgr̃m g̃uiter rep̃hẽdiſſet. Rñdit nõ
ẽ illud rõnabile ſm morẽ teutonie q ſi pr̃ vr̃
abſtulit mı̃ mee vnã vaccã ego offero vob
vnũ vitulũ:et ſic ei9 animũ mitigauit Filio
comitis de blanckẽborch Pariſi9 veſtito:co-
mes iuit pariſi9 ad filiũ extrahẽdũ. Cui filius

dixit ſe libēter exire ſi pr̄ vellet auferre q̄ndā
cōſuetudinē ſatis grauē et timoroſā· Cui pr̄·
Que ē iſta ɔſuetudo· Ait filiꝰ iſta· Qꝛ tā cito
morit̄ iuuenis ſicut et ſenex Quo audito pr̄ cū
filio eandē religionē itrauit Quidā hiſtrio
hēbat filiū Pariſiꝰ ꝑ q̄ expēderat oīa q̄ poterāt
lucrari: cogitās ꝙ ipm̄ i ſenectute ſuſtētaret·
Qui cū ordinē p̄dicatoꝝ itraſſet: pr̄ flens q̄re
bat q̄re h̄ feciſſet· q̄ rn̄dit volebā viuē i paup̄
tate· vere ait pr̄ nō optuiſſet te domū xp̄i h̄ exi
uiſſe: qꝛ ſatis h̄ de paup̄tate iueniſſes Qui
dā nouiciꝰ ītrauit ordinē Pariſiꝰ· Et caſu cecī
dit lāpas ſero ſup eū: et ducebat̄ ad lectū vbi
erāt pāni lanei ſup ſtramē et īpoſuerūt ei ſilen
tiū Craſtina die veniētibꝰ ſocijs et q̄rentibꝰ
ſtatū eius: rn̄dit· cariſſimi ī ſero fui inunctꝰ et
poſitus ſup ſtramē et amiſi v̓bū Frater Hū
bertus mḡr ordinis ducēs ſecū nouicios lug
dunū venit tandē ad villā vbi nihil poterāt de
eſibilibus habere· Tandē vna vetula portauit
paꝝ de pane ſup pontē vbi ſedebāt Qd̓ cū pu
eri comediſſent: rogauit vetulā ꝙ ſi plus habe
ret illud apportaret: q̄ adhuc portauit vnū fru
ſtū: et iuuenes etiā ſtatī auide comederūt Ter
cio rogauit ꝙ ſi plus haberet illud apponēte
per deū ait apportabo totū qui ſtatī totū comē

derūt. Tūc dixit mgr̄ Hūbertus q̄ ille mul-
tiplicaret panes q̄ in deserto q̄nq3 panes mul-
tiplicauit recitans sibi historiā de q̄nq3 pani
bus et quō duodecī cophini remāserūt reliq̄a
rū. Tūc mulier illa: p̄ xp̄m vos nō estis de il-
lis q2 nihil remansit vobis.

De cōuersis. Ca. xl.

Onusius q̄dā multū religiosus abba-
tib9 cisterciē. ordis eūtib9 ad capl'm
in infirmaria seruiēs cū de mltis ferculis seruirē
beret: ad p̄mū ait nihil āplius: in scd'o siliter:
et sic de aliis Indignati abbates q̄ nimis come
derāt de p̄riis min9 bonis et de alijs nō poterāt
gustare: q̄siuerūt q̄s sibi h' cōmisisset Rn̄dit se
v'bū dixisse s3 nō itellexisse de cibo s3 de paradiso
q2 h' volebant hrē vestes molles. cibos delica-
tos eq̄taturas plurias: et delicias mltas. et iō
nihil āplius i futuro hēbūt: et sic cōfusi tacue
rūt Cōuersus q̄dā girabat ad ignē ad quē
intrauerūt pigmei fere centū: vnus post aliū:
quilibet vnū stipitem super collum habens:
dicentes vbi sedebit dominus Hardewinus:
Et ecce multi intrauerunt portantes dominū
Hardewinū inter brachia: et fecerunt vnam
sedem de lignis: et supposuerūt Hardewinū
regem iuxta ignē. Tandē quilibet precedente

rege miſerūt vrinā ſup̄ verutū et ſic receſſerūt
Et ille cōuerſus irat⁹: p̄iecit faſianū ad cinēs
et nō comedit ¶ Cuidā abbatie fuerāt ablata
pecora: miſit abbas ꝯuerſū ſimplicē ad caſtꝝ
vbi erāt: iniūgēs ꝙ nō rediēt ſꝫ apportaēt q̄c
q̄d hr̄e poſſꝫ Et cū dn̄s dicēt ꝙ nil reddēt: ſꝫ ſi
vellet cū eis comedē de his libēter ſibi daēt: ſe
dit et fortit̄ comedit carnes Que cū culparēt
dixit de iniūctiōe ſibi fcā et q2 aliud nō poſſet
hr̄e: ſaltē q̄ntū vēter poſſꝫ recipē reportaēt. qui
videtes ſimplicitatē viri: oīa q̄ ſuperāt reſti
tuerūt

## De monialib⁹. Ca. xli.

Moniales in quodā monaſterio hanc
hēbāt cōſuetudinē vt cū aliq̄ pepenſi
ſet recreatiōib⁹ et balneis debitis vi
tebat: et ab alijs xenia dātib⁹ viſitabat Si
ne correctio ordīs deperiēt: optebat eā i capi
tulo corā oīb⁹ ſe repn̄taē et a q̄libet tres ict⁹
cū cauda vulpecule q̄ ad h̄ i caplo dependebat
acipē ¶ In q̄dā monaſteio erat q̄dā iā puec
te etatis q̄ i iuuētute bona ſocia fuerat. Cui iu
uenes moiales plurimū adherebāt. Tādē ha
buerūt abbatiſſā rigidā: q̄ itroitū oīm cleico
rū et alioꝝ ſocietatē p̄hibuit cū eiſdē Vn̄ iuue
nes videntes ſe ſic eſſe reſtrictas dixerūt illi
Bene vobis Helcburgis: q2 v̄ginitatē vr̄am

i puericia amiſiſtis: q̄ꝛ ſi adhuc reſtaē̄t oīno
deſperaē̄ poſſetis ¶ Quedā̄ monialis de lapſu
ep̄o ꝯfeſſa ē: q̄ cū ab ea ḡuiter rep̄hēderet̄ cur
h̄ feciſſet: ait rō̄e. legiſtis em̄. oīa ꝓbate. Ait
ſi h̄ legiſſes nō feciſſes. q̄ꝛ ſeq̄tur qͦd bonū ē te
nete Rn̄dit dn̄e mi nō vͭterā foliū Dicas inq̄t
ille Miſerē̄ mei deꝰ q̄ꝛ ꝯculcauit me h̄ ¶ Que
dā̄ nobilis fem̄ina petebat ab abbatiſſa moia-
lē̄ Que dedit bonā̄ humilē̄ et paciētē̄: hā̄c reti-
nuit ſp ſecū dicē̄s. talꝰ erat mihi neccāria: cū q̄
poſſē̄ patiētiā̄ lucrari ¶ Frat̄ Cōrardꝰ rufus ſe
mel i q̄dā̄ mōſterio miſit ꝓ aceto: et moiales
dixer̄t q̄ꝛ nō hērēt Rn̄dit h̄ ſit cōq̄ſtū q̄ꝛ h̄ nō
ē aceti vbi ſūt tot vaſa: ꝓ aceto itē̄ dēs moia
les ¶ Juliꝰ i li. de apibꝰ Vna ſoror ordis p̄di
catorꝝ nobilꝰ et bō a q̄dā̄ deone viſitabat̄ q̄ cu
niculos et pdices et alia neccāria i ifirmaria ſe
pe portabat et ad nullū malū ipellebat Que cū̄
ſemel debē̄t mūdaē̄ tunicellā̄ caſu a poſteriori
fuit aliq̄lit̄ denudata: tūc illud deomū eā̄ vtra
q̄ꝫ manu ſup poſteriora pcutiē̄s ait Mariota:
ſic em̄ vōbat̄: ſiue occulte ſiue maīfeſte ſp tn̄
hōē̄ſte ¶ Jtē̄ i Colonia ille de mḡr maia ſcp̄ſe
rūt illis de ſcā̄ cecilia. Cā̄dida cecilia tibi mā̄-
dat mḡr maia Linq̄ nob̄ petrꝝ martinū collige
tetrū.

De beghinis. Ca. xlij.

BEghina quedā dixit ꝙ null⁹ ſibi obloq̄
valēt Quia ſi ipa rediēt eēt ſocietas. ſi
fleret eēt deuotio. ſi loq̄ret eēt pħia ſi tacēt eēt
religio. ſi dormiēt eēt q̄es. ſi ſurgēt viſio: et ſic
de mltis aliis glata fuit. ſȝ vni⁹ erat oblita. ſcȝ
ꝙ q̄nto magis glaret: tāto magis fatua repu
taret ¶ Quedā beghina remis fuit de cui⁹ ore
xp̄s i forma pueri exire videbat: q̄r nis loq̄x
erat ¶ Quidā volēs ondē iutiles occupacōes
beghinaꝝ: fecit vnū caulū i q̄ erat depictū quō
tres beghine vnū anſerē ſuſſarrabāt. Vna te
nuit pedē. alia applicauit ferrū. tercia cū malleo
ferꝝ affixit. i cauitu āt cauli ſcptū erat: ſicut he
tres beghine de ſuſſarrādis āſerib⁹ ſe itromit
tūt: ſic faciūt reliq̄ ¶ Quedā beghine cōferē
bāt q̄ morte eligeret mori. Vna dixit. ego eli
gerē ſuſpēdi i ſuſpēdio cōtēplacōis Job em̄
dicit. ſuſpēdiū elegit aīa mea Alia dixit. eligo
ſepeliri i ſepulcro huilitatis Tercia elegit cre
mari igne caritatis Quarta elegit ſbmergi in
lacris cōpūctiōis ¶ Quedā beghina i vna tu
nicula diſcoopto capite diutebat i domo: et ca
ſu pulſauerīt duo frēs ad portā: q̄ cucurrit et o
ſtiū apuit. et verecūdata ꝙ nō fuit velata capi
te: poſteriorē ptē tunicule ſup caput retorq̄ns cla
fugit Cui frat Methildis tege poſteriora: q̄

ĩmeli? ē vidē nudū caput ꝙ culū. Cōtigit ĩ
q̄dā domo beghinaꝝ q̄ndā clericū nocte inuē
tū fuiſſe cū vna: vbi ad camerā illi? mlte cōue
nerūt ad vidēdū ſpectaculū. Qd̄ audiēs vna
alia i cui? lecto adhuc q̄dā alt' cleric? iacebat
feſtinās vidēdi cupiditate credēs cooperire ca
put ſuū pāno ꝯſueto accepta braca amaſij ſui
caput ſuū cū ea cooperuit. ⁊ ſic ad locū ſpecta
culi ꝉ lamēti venit: conās cū alijs plāgē ac ſe ip
ſa nihil de ſili ſciret Quā bracā capiti ſuppoſi
tā vna ꝓſpiciēs clamauit O ſoror ⁊ ſocia dile
cta q̄d ē h' vel q̄d ſibi vult h' ſōniū qd̄ appor
taſti Illa ex h' pl? cōfuſa ē ꝙ altera ſocia q̄ ſal
uata eſt p ſile: cū nō eēt ſola i tali delicto.

De ſomnijs Ca. xliij.

Valerius li. i. ca. v. Alexāder macedo caſ
ſādri peſtiferā ſibi dexterā ſōnio prius
cognoſcens ꝙ exitu ſentiēs eſtimauit ab illo
ſe int'ficiā cū eū nūꝙ vidiſſet. interpoſito deinde
tpe poſtꝙ in cōſpectu venit nocturni metus
patefcā imagine vbi Antipatri filiū eſſe cog
nouit ꝑparati iā aduſus caput ſuū venefitij q
cecidiſſe caſſandri manu credit': ſuſpicionē a
nimo tulit Ibidē dux cartaginen. Amilcar
obſidēs Siracuſas audiē ſe credidit voce i ſō
nis ꝙ die ꝓxima i vrbe eēt cenatur?: q̄ ſecur?

de victoria min⁹ ſibi ꝓuidit· quē ſiracuſani ꝓ
xima die erūpētes i caſtra ei⁹ cepert et ipm cap
tiuū eduxerūt· Et ſic ꝓxia die nō victor ſȝ cap
tiu⁹ ibi cenauit· De his et ſīlib⁹ vide diffuſe
i ij· li· triptite hiſtorie· ca· ſōnia ¶ Frat̄ Johēs
de durē ſōniauit ꝙ equitauit lima bicoruē et
brace ei⁹ ad t̄rā depēderēt: et puei īferi⁹ clama
rēt Lynboſe lynboſe ¶ Idē ſōniauit de argumē
to vni⁹ friſonis ꝙ nō poſſȝ ſolui i friſonico bu
tiro ꝛc· Frat̄ Gherard⁹ de griffone ſōniauit
Colonie ꝙ īdut⁹ eēt ad legēdū miſſaȝ in ecc̄a
et i oſtio obuiauit ſibi fr̄ Gotfrid⁹ ſacriſta ſa
tis vētroſus Tūc idē Gherard⁹ tāgēs vētrē ei⁹
digito: et ei videbat̄: ait· O bone vētroſe q̄ pō
ticus es cacoboſe Blaſi⁹ ē int⁹ calofer⁹ et laſ
borint⁹ ¶ Quidā ruſtic⁹ iux̄ ratiſponā ſōnia
uit ꝙ i pōte ratiſponēſi debēt iueīre magnā pe
cuniā Et cū ibi de mane q̄reret: occurrit ſibi di
ues hō q̄rēs q̄d q̄reret Et cū oīno ſcire vellȝ re
tulit ſōniū ſuū Qui cū pugno pcuſſit illū ad
maxillā dicēs O ſtulte debes ſic credē ſōnijs·
Ego ſōniaui i iſta nocte ꝙ in villa regēſdorff
in tali curia ſub tali ſalice deberē inuenire the
ſaurū magnū· Q̄d audiens ruſtic⁹ et ſuā cu
riā eſſe intelligēs: ait· Bene mihi ꝙ hic inuenī
iſtū pugnū: et veniēs domū i ꝓpa curia fodiēs

inuenit magnū theſaurū  Quidā canonic9 in werda iuxta renū: q̄ nunq̄ an̄ fecerat verſū: ſōniauit iſtos v̄ſus. Actor iraꝝ de te dictauit amaꝝ Te licȝ ignaꝝ viuē poſſe paꝝ. Qd̄ cū in mēſa retuliſſȝ dixit vn9 Quicq̄d ſit ſi eē̄m loco vrō ego vellē diſponē de reb9 meis. Alij dixerūt eē truſā. Jlle tn̄ ɔtriſtat9 aſcēdit equū cū accipitre: volēs ſolacō melācoliā repellē. Et cū ille idē rediēt ī ſero: et deret pontē q̄ remi brachiū ibi trāſit cū eq̄ ptrāſiē: equ9 faīs vmbraticus et ſe et illū ī renū p̄cipitauit: et ſic ſb̄merſus fuit.

## De medicis. Ca. xliiij.

QVidā piſcatori ſquama piſcis inhēſerat oculo q̄ videre nō potuit. Qui cū iret ad medicū cui freq̄nt̄ bonos piſces obtulerat. medicus ei curā diſtulit vt melioēs piſces reciperet: q̄dā die venit ad filiū abſēte patre q̄ eū ſtatī curauit Olatus eſt fili9 apd̄ patrē q̄ piſcatorē ſanaſſet. Cui pr̄ modo comede piſces q̄s de illo āmodo nō hēbis Cū quidā medic9 ſuū diſcipulū inſtruxiſſet p̄ vrinā iudicare q̄ ab ifirmo v̄ſus eēt dixit Cōſidera circa lectū ſi videris corticē pomi vel aliq̄d tale h̄ iudica eū comediſſe Et cū poſtea diſcipul9 deberet ifirmū viſitaē reſpiciēs hicinde vidit ſellā azini: azinum aūt nō vidit. iudicauit q̄ azinū

comediſſz Qđ cū aſtātes mgrō retuliſſent ait
Azin⁹ eſt q̄ p azinū fatue iudicat de vrina ⁋A
nus q̄ndā dolēs oculos inuitauit q̄ndā medicū
vt eā curaret Qui veniēs vtēſilia ibi plura cō-
ſpexit: q̄ medicus medicinā appones furabat
donec vacua eēt dom⁹ Cōualuit āt an⁹ vt vi-
dit domū ſuā euacuatā: cōſternata multū: no-
luit medico mercedē dare. Qui cū traheret illā
ad iudiciū: ait ipa ſe nō plene liberatā imo mi-
nus videre q̄ prius q2 prius viderat i domo ſua
m̄lta vtēſilia mō nihil cōſpicēt ⁋Quedā ho-
neſta dn̄a depaupata petiuit elemoſinā a q̄dā
epō q̄ reprehēdit eā dicēs: q deberet aliq̄d adipiſ
ci vn̄ ſe enutriēt ne ſic verecūde mēdicaret. Et
ſubītulit epš q deret ſe itromittē de medicīa
Qūo id faciā inq̄t neſcio nī dn̄e. Ait epš. Cū
veneritis ad īfirmū debetis circūſpicere de his q̄
circa lectū īuenentis et ſm̄ ea iudicare debetis i
firmū nimis comediſſe. Que fecit et famoſa p
terrā effecta ē. Poſt longū tp̄us cōtigit epm̄
per apoſtema ī gutture īfirmari. Que ad illū
veniens cū circa lectū nō niſi cuſſinos inuene-
rit: dixit. O dn̄e vos nimis comediſtis de cuſſi
nis. Audiēs hoc epiſcop⁹ fuit puocat⁹ ad ri
ſū ex q̄ apoſtema gutturis fuit ruptū et ſanies
p os erupit et ſanat⁹ ē. Poſtq̄ pfecte ꝯualuit

võuit medicã et ſciſcitabaṫ ab ea a q̊ artẽ me
dicãdi didiciſſȝ Rñdit mulier ꝙ a q̊dã reuerẽ
diſſiõ dño epõ· Cui eps· ego inq̂t fui ille: ãmo
do ſb̕ mea ꝓuiſiõe debetis vitã vrãm ↄtinuaṙe·

De diuerſis artificib⁹ Ca·xlv·

SVtor quidã faĩs fuit ſutor ĩ q̊dã loco
in lõbardia corã q̊ vn⁹ coartifex ha-
buit cãm agere: et vidẽs ſe periclitari ĩ iudicio:
ſecrete rogauit vt iuuaṙet: addens nõ noſcitis
me Ego ſũ talis amic⁹ et ſoci⁹ vr̃ Qui rñdit·
ruſtice dimitte me qꝛ nec me nec te noſco pro
nũc· Macro· tercio ſatur· Cũ ſeruili⁹ mallij
pictoris opti filios deformes vidiſſȝ: ait· Nõ
ęq̃liṫ malli pingitis· Cui malli⁹· In teneb̕s q̊
de fingo ȝ ĩ die pinguo Solin⁹ de mirabili
bus mũdi li·i· Cicero tradidit Iliadẽ ĩ mẽbra
na ſcṗtã vt teſta nucis clauderet Ibidẽ gal
latric⁹ formicas ex ebore ſic ſculpſit vt portio
caꝝ a ceteris diſcerni neq̊ueit Comeſtor ĩ hi
ſtoria Tubalkaim ferreã artẽ p̊m⁹ ĩueĩt: gla
dios et lãceas et res bellicas decenṫ ex̊auit· Et
ſoror ei⁹ Noema ĩueĩt artẽ varie textuṙe So
lin⁹ vbi ſup̈ ca·xij· Creta p̃ria patuit remis ⁊
ſagittis: Piterchio reptore eq̃ſtres turmas
docuit ⁊ vſũ artis bellice· Ibidẽ ca·vij· Cotos
vt varro teſtis ẽ: ſb̕tilioris vr̃s amicula arte

# Liber

lanifice ſciẽtie p̃ma in ornatũ feminarꝝ dedit Martianus inſup philoſophꝰ p̃mus in Italia vſũ molẽdini et fruges cõminuendi et farris inſtrumenta mõſtrauit.

Preſens liber quẽ menſã philoſophicã vocant: vnicuiqꝫ ꝑutilis: cõpendioſe ꝑtractans in p̃mis q̃d in cõuiuijs ꝓ cibis et potibus ſumendũ eſt. deinde qui ſermones illis ſm exigentiã ꝑſonarũ habẽdi ſũt: et que q̃ſtiones diſcutiẽde: q̃ inſup facetie ſiue ioci interſerẽdi Feliciter explicit.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF


TIFFEN Gray Scale
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
R G B W G K C Y M
© The Tiffen Company, 2007
TIFFEN Color Control Patches
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Inches
Centimetres
© The Tiffen Company, 2007